

Pierre Lagnier,

**[M. Tullii Ciceronis Sententiae insigniores, et pia apophthegmata ex ducentis veteribus oratoribus, philosophis, seu poetis, tam Graecis, quàm Latinis, quorum nomina sequens pagella indicabit, ad bene beateque viuendum diligentissime selecta]**

Coloniae, apud Gualtherum Fabricium et Ioannem Gymnicum, 1571

Biblioteka Archidiecezjalnego Wyższego Seminarium Duchownego  
w Białymstoku, sygn. S-745

Poddano digitalizacji w ramach projektu „Digitalizacja i konserwacja najstarszych starodruków ze zbiorów Biblioteki AWSD w Białymstoku” dofinansowanego przez Ministerstwo Kultury i Dziedzictwa Narodowego.

**Ministerstwo  
Kultury  
i Dziedzictwa  
Narodowego.**







264 Główna do parafia Strylskich 9.

Ex Libris Congregationis  
Mysionis Domus  
Białostok - 1818.

A. J. N. Zborowski

Łódź 2 do obywateli

Przewodniczący

Komitet

Województwa

Województwa

Województwa

Województwa

Województwa



SEN JEN.ia

1453, 0455, 0464

Wolner Kuchta  
variorum sta

ALL FLOREN

per Patrem

LAGNER II

Selecta

M. Laurici Schöp

nunc Schöke Paraf. S. 200.

V. Niwinski



Właściciel  
Zofia, nieopracowany  
właściciel na me nag.  
D. Volkner, wie Duffa, lub iustofski,  
lub karta karaa woyto woyte

*De Deo et eius natura*

A R U M

LIBER I.

*De Deo eiusque natura.*



Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. 2. de Leg.

Omnium rerum à diis immortalibus principia ducuntur. In *Plato e sola.*

Vatinium testem.

Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui praevidet, qui regit, & moderatur, & est aeternus. Som. Scip.

Ea est Dei vita, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius cogitari potest: nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur: sua potentia & virtute gaudet, habet exploratum fore se semper tum in maximis, tum in aeternis voluptatibus. 1. de Nat. deor.

In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, gran-  
dinesque conservat, terras & maria commo-  
plans hominum commoda, vitasque tuclar  
1. de Nat. deor.

De hominibus nulla gens est aspera  
immanfueta, neque tam ferrea tam immanis,



*At* tamen si ignoret qualem Deum habeat,  
tamen habendum sciat. 1. de Leg.

Omni bus innatum est, & quasi insculptum  
esse deos. 2. Nat. Deor.

Quid potest esse tam apertum tamq[ue] per  
specium, quum cœlum suspeximus, cœle  
stiaq[ue] contemplati sumus, quàm esse al  
quod numen præstantissimæ mentis, quo ha  
regantur?

Quis est tam vecors, qui cum suspexerit  
cœlum, deos esse non sentiat? & ea quæ tan  
mente fiunt, ut vix quisquam arte ullâ ord  
nem rerum, atq[ue] vicissitudinem persequi po  
sit, casu fieri putet? De resp. Arusp.

Dii semper fuerunt, nati nunquam sunt,  
eterni sunt futuri. 1. de Nat. Deor.

Deum agnoscimus ex operibus ejus. 1. T  
scul.

Commoda quibus utimur, lucem qua fi  
mur, spiritum quem ducimus à Deo no  
dari, & impartiri videmus. Pro Rosc. Ar  
rino.

Diagoras. 2. de Nat. deor. In Apoph. 7.

Illud videto, ut Deum noris, etsi ignore  
locum, & faciem. 1. Tusc.

Firmissimum hoc adferri videtur,  
deos esse credamus, quod nulla gens  
fera, nemo omnium tam sit immanis, ut  
mentem non imbuerit deorum.  
Tuscul.

Deus ipse qui intelligitur à nobis,

modo intelligi non potest, nisi mens solura  
quædam & libera, & segregata ob omni con-  
cretionem mortali, omnia sentiens, & mo-  
vens, ipsaque prædita motu sempiterno. 1.  
Tuscul.

Cum ipsa natura magnum homini facul-  
tatem dederit, tamen Deus esse putatur, ut  
& ipsum, quod est hominum proprium, non  
partum per nos, sed divinitus ad nos delatum  
videatur. 1. de Orat.

Nemo magnus sine aliquo afflatu divino  
unquam fuit. 2. de Nat. Deor.

Nihil est quod Deus efficere non possit, &  
quidem sine labore ullo. 3. de Nat. Deor.

Ut hominum membra. 3. de Nat. Deor. In  
Similibus 1.

Sit hoc à principio persuasum homini-  
bus, dominos esse omnium rerum, ac mo-  
deratores deos: eaque quæ gerantur, eorum  
geri ditione, atque numine, eosque optimè  
de genere hominum mereri: & qualis quis-  
que sit, quid agat, quid in se admittat, quâ  
mente, quâ pietate colat religionem in-  
tueri, piorumque & impiorum habere ratio-  
nem. 2. de Leg.

Thales, qui sapientissimus. 2. de Leg. in A-  
pophth. 6.

Deorum providentiâ mundus administra-  
tur: idemque consulunt rebus humanis, ne-  
que solum, universis, verum etiam singulis. 1.  
de Divin.



Deorum providentia mundus administra-  
tur. 2. de Nat. deor.

Mala, & impia consuetudo est, contra deos  
disputandi, sive ex animo hoc fiat, sive simu-  
latè. 2. de Nat. deor.

Homini de potestate deorum, timidè &  
pauca dicenda sunt. Pro leg. Manil.

Cum à Simonide. 1. de Natur. deor. In A-  
pophth. 6.

Nihil est illi principi Deo, qui omnem hunc  
mundum regit, quod quidem in terris fiat, ac-  
ceptius, quàm concilia, cœtusq; hominum,  
quæ civitates appellantur. In Somn. Scip.

Obscurum Deo nihil potest esse. 3. de Nat.  
deor.

Ignorare Deus non potest, quæ quisq; men-  
te sit. 2. de Divin.

Immortalia parentibus, omnia diis immor-  
talibus debemus. Post red. ad Senat.

Diis immortalibus nos primùm natura cõ-  
ciliat. De resp. Arusp.

Prima officia diis immortalibus debentur.  
1. Offic.

Donis impii ne placare audeant deos, Pla-  
tonem audiant, qui vetat dubitare, quâ sit  
mente futurus Deus, cum vir nemo bonus at  
improbo se donari velit. 2. de Leg.

Cum multum animus præstet, &c. 2. de  
Leg. In piis sent. 21.

Pietas grata est Deo sumptus, &c. 2. de  
Leg. In piis sent. 19.

*Natura*

*Natura Dux optima.*

**N**atura, Dux optima. Cato Major.  
 Mater rerum omnium natura. Par. 1. 2  
 Omnium est natura communis. 5. de  
 Finib.

Sua cuiusque animantis natura est. 5. de  
 Finib. 2

Sua cuique natura est ad vivendum Dux.  
 5. de Finib.

Multis signis natura declarat quid velit, ac  
 quærat, ac desiderat: absurdum scimus tamen  
 nescio quomodo, nec ea, quæ ab ea monemur  
 audimus. Lælius. 2

Facile indicat natura vim suam, cum ho-  
 mines quod facere ipsi non possunt, id recte  
 in altero fieri indicant. Lælius. 2

Si tales non natura genuisset, ut eam ipsam  
 intueri & perspicere, eademq; optimo & recte  
 cursum vitæ conficere possemus, haud erat  
 sanè quod quisquam rationem, ac doctrinam  
 requireret, cum natura sufficeret. Nunc verò par-  
 vulos nobis dedit igniculos, quos celeriter  
 malis moribus opinionibusq; depravatis sic  
 restringimus, ut nusquam naturæ lumen ap-  
 pareat. Sunt enim ingenii nostri semina in-  
 nata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa  
 nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc  
 autem simul atque editi in lucem, & suscepti  
 sumus, in omni continuo pravitate versamur,  
 ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse vi-  
 deamur. Cum verò parentibus redditi, deici-

de magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, & opinionioni confirmatæ natura ipsa cedat. 3. Tusc.

A natura ipsa desciscimus, ut nobis optimâ naturam invidisse videamur. 3. Tusc.

Omnes naturâ duce vehimur. 1. de Natur. Deor.

Naturâ duce errari nullo modo potest de Leg.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. 3. Offic.

Naturam ducem si sequamur, nunquam aberrabimus 1. Offic.

Nos naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculerum, auriumq; comprobatione, fugiamus. 1. Offic.

Omnia quæ natura aspernatura, in malis sunt: quæ adsciscit in bonis. 1. Tusc.

Quicquid homini naturaliter insitum est, eo uti decet: & quicquid agat, agere pro viribus. Cato Major.

Omnia quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. Cato Major.

Nihil censeamus esse malum, quod sit à natura datum hominibus. 1. Tusc.

Nihil in malis ducamus, quod sit vel à diis immortalibus, vel à naturâ parente omnium constitutum. 1. Tusc.

Nihil est aliud gigantum more pugnare cum diis, quam naturæ repugnare. Cato Major.



*Omnia, bona appetunt, sequè  
sua diligunt.*

**S**eipfos omnes naturâ diligunt. 3. de Finib.

Omnis natura est diligens sui. 4. de Finib.

Omnis natura est conservatrix sui. 2. de Finib.

Omne animal simulatq; est ortum, applicatur ad se diligendum, estq; in se conservando occupatum. 3. de Fin.

Omne animal ipsum sibi commendatum est, ut se & saluum in suo genere, incolumeq; esse velit. 2. de Finib.

Omne animal seipsum diligit, ac simul ut ortum est, ita agit, se ut conservet. 4. de Fin.

Omne animal simul ut ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. 2. de Finib.

Omnis natura vult esse conservatrix sui, & ut salvata sit, & in genere conservetur suo. 4. de Finib.

Principiò generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur, declinetque ea quæ ei nocitura videntur, omniaque, quæ sunt ad videndum necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, ac latibula. 1. Offic.

Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, exprefimus: ad quam non docti, sed facti, non

instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. Pro Milone. 2 +

Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris & mos gentibus, & feris natura ipsa praescripsit, ut omnem semper vim, quacunque oppossent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent. Pro Milone. 2 +

Naturâ, omnes ea quae bona videntur, sequuntur fugiuntque contraria. 4. Tusc. +

Ut bona, naturâ appetimus, sic à malis, naturâ declinamus. 4. Tuscul. +

Appetuntur ea quae secundum naturam sunt, declinanturque contraria: & omne animal appetit quaedam, & fugit à quibusdam 3. de Nat. Deor. +

*Omnes malunt sibi esse recte,  
quàm alteri.* 4

**N**emo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quàm suam diligat. Orat. in Vat. +

Sibi ut quisque malit quod ad vitae usum pertinet, quàm alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura. 3. Offic.

Nostre utilitates nobis omittendae non sunt aliisque tradendae. 3. Offic.

Qui multorum custodem se proficitur, eum sapientes sui primum capitis ajunt custodem esse oportere. Philip. 12.

Nemo

Nemo ferè est, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorè quàm reo præbeat. Pro Deiot.

Tibi potius, quàm cuivis sis amicus. Cicero Dolabellæ, lib. 9. epist. famil.

*Et nos liberos, & fera partus  
suos diligunt.*

5

**C**ommune omnium animantium est, cō-  
junctionis appetitus, procreandi causa,  
& cura quædam eorum, quæ procreata  
sunt. 1. Offic.

A natura ipsa, ut eos quos genuerimus,  
amemus, impellimur. 3. de Finib.

Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut  
vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ca-  
sus reformident. 5. Tusc.

Feræ partus suos diligunt, & nos in liberos  
nostros uti debemus indulgentia. 2. de Orat.

Id naturæ tributum est, ut ii qui procreari  
essent, a procreatoribus amarentur. 4. de  
Finib.

Nihil dulcius hominum generi à natura  
datum est, quàm sui cuique liberi. Post red.  
ad Quir.

Nihil nobis natura jucundius, nihil chari-  
us esse voluit, nihil dignius, in quo omnis no-  
stra diligentia, indulgentia quæ consumatur.  
Quare dum habemus parvos liberos, & in-  
certum est quàm longa nostrum cu usque vi-  
ta futura sit, consulere vivi, ac prospicere de-  
bemus, ut illorum solitudo, & pueritia quàm  
firmissimo præsidio munita sit. 3. actio in Ver.



Is pater est amicus, qui odit eum sine causa, quem procreavit. Pro Cluent.

Non est boni, neque liberalis parentis, quem procreavit & eduxerit, eum non vestire, & ornare, præsertim cum se locupletem esse negare non possit. 2. de Orat.

Nullum est nomen amantius, indulgentiusque, quam maternum. Pro Cluent.

*Sunt observandi parentes,  
non violandi.*

**P**arentes charissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est. Post red. ad Senat.

Parentibus nos primum natura conciliat: quos non alere, nefarium est. de Resp. arusp.

Cujusmodiunque mater sit, tamen in iudicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportet. Pro Cluent.

Non modò reticere homines parentum injurias, sed etiam æquo animo ferre oportet. Pro Cluent.

Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus materneque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modò elui non potest, verum usque eò permanat ad animum, ut summus furor, atque amentia consequatur. Pro Ros. Amer.

Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. Cic. Lenxulo. Epist. famil. 1.

Peccatum est, parentes violare. 3. de Fin.  
Magna



Magna est vis humanitatis: multum valet  
communio sanguinis. Portentum atq; mon-  
strum certissimum est esse aliquem humana  
specie & figura, qui tantum immanitate be-  
stias vicerit, ut propter quos hanc suavissi-  
mam lucem aspexerit, eos indignissime luce  
privarit: cum etiam feras inter sese parrus,  
atque educatio, & natura ipsa conciliet. Pro  
Rosc. Amer.

Nullum supplicium satis acre reperiri po-  
test in eum, qui mortem obtulerit parenti,  
pro quo mori ipsum, res si postularet, jura  
divina, atque humana postulant. Pro Rosc.  
Amer.

Nemo parricidæ supplicio, misericordiæ  
commoveretur. 4. Tusc.

2. Majores nostri cum intelligerent, nihil ef-  
se tam sanctum, quod non aliquando viola-  
ret audacia, supplicium in parricidas singula-  
re excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere  
in officio non posset, ii magnitudine poenæ  
maleficio submoverentur: insui volue-  
runt in culeum vivos, atque ita in flumen  
dejici. Atque videntur hunc hominem  
ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui  
repente cælum, solem, aquam, terram-  
que ademerunt: ut qui eum necasset, un-  
de ipse natus esset, careret iis rebus omni-  
bus, ex quibus omnia nata esse dicuntur.  
Noluerunt feris corpus objicere, ne be-  
stias quoque, quæ tantum scelus attigissent,  
inima-

immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen deicere, nec cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ violata sunt, expiari putantur. Deniq; nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint. Etenim quid tam est commune, quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectionis? ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui con- quiescant. Pro Rosc. Amerino.

Solon, cum interrogaretur. Pro Rosc. Amer. in Apophth. 34. L

*Omnes discendi studio tenentur.*

7

**T**antus est innatus in nobis cognitionis amor, & scientiæ, ut nemo dubitare, possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. Videmusne ut pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendique deterreantur, aut pulsi requirant, & aliquid se scire gaudeant, ut aliis narrare gestiant? Quid verò, qui ingenuis studiis atque artibus ita delectantur, ut nec valetudinis, nec rei familiaris habeant rationem: omniaque perpeti ipsâ cognitione & scientiâ captos, & cum maximis curis, & cum laboribus com-  
pensare

consare eam, quam ex dicendo capiant voluptatem? 5. de Finib.

Est insita quædam, vel potius innata cupiditas scientiæ: natiq[ue] sumus ad congregationem, ad societatem, ad communitatemque generis humani. 4. de Finib.

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, & errare, nescire, & decipi, & malum, & turpe ducimus. 1. Offic.

Cum sumus necessariis negotiis, curisq[ue] vacui, tum avemus aliquid videre, audire, discere: cognitionemq[ue] rerum occultarum, aut admirabilium ad benè beateq[ue] vivendum, necessariam ducimus. 1. Offic.

Fictas fabulas, è quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus. Quid? volumus nomina eorum quicquid gesserunt, nota nobis esse, parentes, patriam, multa præterea non necessaria. Quid? homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique delectantur historiâ: maximeque eos videre possum res gestas audire & legere velle, qui à spe gerendi absunt, confecti neçture. 5. de Finib.

In ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur, invitamenta insunt, quibus ad discendū, cognoscendumq[ue] movemur. 5. de Finib.

Nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit. Degen. opt. Orat.

Optimus



Optimus & gravissimus quisque confite-  
tur se multa ignorare, & multa sibi etiam at-  
que etiam esse discenda. 3. Tusc.

Omnia scire cujusmodi sint cupere, curio-  
sum est: duci verò majorum rerum contem-  
platione, summorum virorum est putan-  
dum. 5. de Finib.

Tu quàm sit homo literarum cupidus.

5. de Finibus leges uberius.

*Quàm certa sint sensuum iudicia.*

**S**ensuum ita clara iudicia & certa sunt, ut  
si optio naturæ nostræ detur, & ab ea Deus  
aliquis requirat, contentane sit suis inte-  
gris incorruptisque sensibus: an postule-  
melius aliquid, non videam quid quaeratur  
amplius. 2. Acad.

*Literarum laus, & utilitas.*

**A**rtes virtutis sunt magistræ. 4. ad He-  
Suavitate scientiæ nihil est homin-  
iucundius. 3. de Orat.

Scientia nulla res est præstantior. 2. de Nat-  
Deor.

Si ex literis delectatio tantum peteretur  
tamen hanc animadversionem, humanissi-  
mam & liberalissimam judicarem. Nam  
cæteræ, neque temporum sunt, neque ætat-  
omnium, neque locorum. Hæc studia adole-  
scientiam alunt, senectutem oblectant, si-  
cundas res ornant, adversis perfugium  
solatium præbent, delectant domi, non in-  
pediunt foris, pernoctant nobiscum, pere-  
grinantur

rinantur, rustificantur: quòd si ipsi neque  
tingere, neque sensu nostro gustare possu-  
mus, tamen ea mirari debemus, etiam cum  
in aliis videamus. Pro Arch. Poëta.

Studiis ac literis res secundæ ornantur:  
diversæ adjuvantur. Ad Lucejum. 5. Fam.

An ullum putas fieri posse civem egregi-  
um, qui non sit iis eloquentiæ artibus, &  
bonis disciplinis eruditus? An ulla alia esse  
putas rudimenta, & incunabula virtutis, qui-  
bus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur.  
Recr. in Sal.

Ut ager quamvis fertilis. 2. Tusc. in Sim. 35.

Multi cum in potestate essent hostium ac  
Tyrannorum, multi cum in custodia, multi  
in exilio, dolorem suum doctrinæ studiis le-  
varunt. 5. de Finib.

Literæ posteritatis causâ repertæ sunt, quæ  
oblivioni subsidio esse possent. Pro Syll.

Exempla omnia jacerent in tenebris, nisi  
literarum lumen accederet Pro Arch. Poëta.

Nullius agricolæ cultu stirps tam diutur-  
na, quàm poëtæ versu seminari potest. 1. de  
Leg.

Alexander cum in Sigæo. Pro Archia Poë-  
ta. In Apophth. 77.

Non tam præclarum est scire Latinè, quàm  
turpe nescire. Orat. ad Brut.

Nescire quid antea quàm natus sis, acci-  
derit, id est semper esse puerum. Orat. ad  
Brut.

Præcla-

Præclarum mihi videtur adeptus is, qui quâ re homines bestiis præstant, ea in re hominibus ipsis antecellat. 1. de Invent.

Plato tum denique. Epist. ad Q fratrem. In Apophth. 7.

Bias cujus cum patriam. 1. Parad. In Apophth. 65.

Quis in eo summè elaborandum non arbitretur, ut quo uno homines bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? 1. de Orat.

*Artes conjunctæ.*

**O**Mnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent commune quoddam vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Pro Arch. Poëta.

Omnis ingenuarum & humanarum arti doctrina, uno quodam societatis vinculo continetur. 3.

Cæteræ artes se ipsæ per se tuentur singulæ. 2. de Orat.

*Non est in literis desperandum.*

**Q**uibus natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut his quæ habent, modicè & scienter utantur, ut non pigrescant. 1. de Orat.

Nihil est quod quisquam magnitudine morum artium, ex eo quod senes discunt, peritum præstare: namque aut senes ad eas accesserunt, aut usque ad senectutem in studiis detinentur, aut sunt tardissimi. 3. de Orat.



aguntur acerrimè, levioribus principiis natura ipsa prætexuit. 2. de Orator.

Omniū rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usā, augentur. 5. de Finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfectum, atque beatum natura expolivit, tanquam cæteris non sit habitura quod largiatur, si uni omnia concesserit. 2. de Invent.

*Nihil refert, quàm citò, si sat benè.* 12

**E**tsi utile est subito sæpe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. 1. de Orat.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitate m affectum. 2. de Orat.

*Sapientis laus, & sapientia commendatio.*

14

**S**apientia, est rerum divinarum & humanarum scientia: cognitioque, quæ cujusque rei causa sit, ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute educat. 4. Tuscul.

Mater omnium bonarum artium est sapientia: à cujus amore Græco verbo Philosophia nomen invenit, quā nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum generi datum est. Hæc enim una, nos cum cæteras res contineres, tum quod est difficillimum, docuit, ut nosmetipsos nosceremus. Cujus præcepti

B



tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuiquam, sed Delphico deo tribueretur. Nā qui seipsum norit, primum aliquid se habere sentiet divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulachrum aliquod putabit, tantoque munere deorum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet: & cum seipse perspexerit, totumque tentaverit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in vitam venerit: quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam: quoniam principio rerum omnium, quasi ad umbras intelligentias, animo ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientiā duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam, cernat se beatam fore. 1. de Legib.

Sapientia est rerum divinarum atque humanarum scientia, in qua continetur deorum & hominum communitas, & societas inter ipsos. 1. Offic.

Sapientia, ars vivendi putanda est, quæ mortificiam pellit ex animis, quæ exhorrescere metu non finit: quæ præceptis, in tranquillitate vivi potest cupiditatem ardore refrenat. 1. de Finib.

Sapientia, est sanitas animi. 3. Tus.

Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum torrore vindiget, & ipsius fortunæ modestè ferrè doceat injurias, & omnes doceat vias, quæ ad quietem tranquillitatem ferunt. 1. de Finib.

Sapientia

Sapientia, hominis est custos & procreatrix. 4. de Finib.

Hæc est una omnis sapientia non arbitrari sese scire quod nesciat, ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. 1. Academ.

Sapientia nihil est optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius. Estq; divinarum rerum & humanarum scientia: cujus studium si quis vituperat, haud sanè intelligo quidnam sit, quod laudandum paret. 2. Off.

Illa est præstans & divina sapientia, perceptas penitus & pertractatas humanas res habere: nihil admirari cum acciderit: nihil antequam evenerit, non evenire posse arbitrari. 3. Tus.

Sapientia nihil est melius. 2. de Natura Deorum.

Ad Rempublicam, plurima veniunt comoda, si moderatrix omnium rerum præstet est sapientia: hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. 1. de Invent.

Oculorum est in nobis sensus acerrimus quibus sapientiam non cernimus: quàm illa ardenteis amores excitaret sui, se videretur? 2. de Finib.

Laudem sapientiæ statuo maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus, aut bene, aut male vivendi suspensas habere rationes.

Ad Lucejum. lib. 5. Famil.

Nihil est turpius, quàm sapientis vitam, ex insipientium sermone pendere. 2. de Finib.

Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, is in magnis viris non est habendus. 1. Officiorum.

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio, sapientem esse non prohibet. 5. Tusc.

Quum sapiens & bonus vir, qualis fuit ille, suffragiis præteritur, non populus à bono Consule potius, quàm ille à bono populo repulsam fert. 5. Tusc.

Sapiens animus magnitudine consilii, tollerantiâ rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus omnibus ut mœnibus septus, vinci aut expugnari non potest. Parad. 4.

Sapientis animus nunquam est in vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet, nunquam sapiens irascitur. 3. Tusc.

Est sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari, & ferendum modum si advenit. Philip. 11.

Sapienti nihil potest videri magnum rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo. Nam quid aut in studiis humanis, aut in tam exigua vitæ brevitare magnum sapienti videri potest? qui semper animo sic excubat: ut nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omninò novum, atque id



Tu vide, primo de Finibus, plenissimè, quibus curis & angoribus stulti conficiantur, & quibus sapientes perfruantur voluptatibus.

*Stultitia.*

15

**S**tultitia majus est malum, quàm omnia mala, & fortunæ, & corporis. 3. de Nat. deor.

Omniū malorum stultitia est mater. De pet. conf.

Insipientiâ nullum majus malum est. 3. Tusc.

Miserius stultitiâ quid dicere possumus? n. de Nat. deor.

Quid abjectius stultitiâ dici potest? de Legibus.

Omnes stulti insaniunt. 4. Tusc.

Est proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. 3. Tusc.

Stultorum plena sunt omnia. Cic. Papy. Pæto. Famil. 9.

Quarto Parad. & quinto, plura legere potes.

*Prudentia.*

15

**P**rudentia, est rerum expetendarum scientia. 1. Off.

Nihil est hominis prudentiâ dulcius, aut sagaci ac bonâ mente melius. 1. Tusc.

Non potest esse jucunda vita, à qua absit prudentia. 5. Tusc.

Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia.

dentia, quam omnes, qui cuique artificio præfunt, debent habere. s. de Finib.

In prudentia, duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temerè assentiamus. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) abhibebit ad considerandas res, & tempus, & diligentiam. Alterum est vitium, quòd quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. Off.

Ut quisque maximè perspicit quid in qua re verissimum sit: qui que acutissimè & celerrimè potest & videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. i. Offi.

*Laus Philosophia, & Utilitas.*

**P**hilosophandi ratio est triplex, una de vita, & moribus: Altera de natura, & rebus occultis: Tertia, de differendo, & quid verum, & quid falsum, quid rectum in oratione, quid pravum, quid consentiens, quid pugnet iudicando. i. Acad.

Philosophia in tres partes est distributa: in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. i. de Ora.

Cum tota Philosophia frugifera, & felicituosa, nec ulla pars ejus inculta ac desertata sit, tum nullus in ea feracior locus est, uberior, quam de officiis, à quibus consti-

ter, honesteque vivendi præcepta ducuntur.  
3. Off.

Philosophia mater omnium bonarum  
artium, nihil est aliud, nisi ( ut Plato ait )  
bonum & inventum deorum. Hæc nos pri-  
mum ad deorum cultum, tum ad mode-  
stiam, magnitudinemque animi erudit,  
eademque ab animo tanquam ab oculis  
caliginem dispulit, ut omnia supera, in-  
fera, prima, ultima, media, videremus. 1.  
Tusc.

Est laudatarum artium omnium procrea-  
trix quædam, & quasi parens ea quam Philo-  
sophiam Græci vocant. 1. de Orat.

Philosophia nihil est aliud, si rectè inter-  
pretari volumus, quàm studium sapientiæ.  
2. Off.

Cultura animi Philosophia est, quæ ex-  
trahit vitia radicibus: & præparat animos ad  
satus accipiendos. 2. Tusc.

Philosophia medetur animis, sollicitudi-  
nes detrahit, cupiditatibus liberat, pellit ti-  
mores. 2. Tusc.

Est animi medicina Philosophia: cujus  
auxilium, non ut in corporis morbis peren-  
dum est foris, omnibusque opibus, viribus-  
que, ut nosmetipsi, nobis mederi possimus,  
elaborandum est. 3. Tusc.

Philosophia, mater est omnium benefa-  
ctorum, beneque dictorum. De claris Orat.

Vitiorum peccatorumque nostrorum,



omnis à Philosophia petenda est medicina.  
5. Tusc.

Sine philosophia fieri non potest, ut sanus sit animus. 3. Tusc.

Ut medici, toto corpore curando. 3. Tusc.  
In Simil. 1.

Radicem omnium malorum stirpitus Philosophia se extracturam pollicetur: demus ergo huic nos excolendos, patiamurq; nos sanari ab ea, si boni & beati volumus esse, omnia adjumenta & auxilia petamus bene beateque vivendi. 4. Tusc.

Philosophia virtutes continet, & officii & bene vivendi disciplinam: quam qui proficitur, gravissimam mihi personam sustinere videtur. In Pisonem.

Est Philosophia paucis contenta iudiciis, multitudinemq; consulto fugiens: ei ipsa & suspecta & invisa. 2. Tusc.

Nunquam satis dignè poterit laudari Philosophia, cui qui pareat, omne tempus atq; tuis possit sine molestia degere. Cat. Major.

Nullum bonum Philosophiâ optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortali generi, deorum consensu, neque dabitur. de Univer.

O vitæ Philosophia dux! ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dispersos homines in societatem vitæ convocasti. T.



sti. Tu eos inter se primò domiciliis, deinde conjugis, tum literarum & vòcum communione junxisti. Tu inventrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti. Tu vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis sustulisti. 1. Tusc.

Nihil & dulcius otio literario, his dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ, & in hoc ipso mundo cœlum terras, maria cognoscimus. 5. Tusc.

Thales Milesius, ut objurgatores suos convinceret, ostenderetque philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posset, omnem oleam antequam florere cœpisset, in agro Milesio coëmisse dicitur. Animadvertenter fortasse quadam scientiâ, olearum ubertatem fore. 1. de Divin.

Qui cæteris rebus pro nihilo habitis rerum naturam studiosè intuentur, & sapientiæ studiosi, & philosophi habentur. 5. Tusc.

Philosophi, virtutis magistri. 2. Tusc.

Magistri virtutis, philosophi. 5. Tusc.

Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate & constantia: resque spectari oportet, non verba. 5. Tusc.

In philosophia res spectantur, non verba penduntur. Orat. ad Brutum.

A Philosopho, si adferat eloquentiam, non aspernor; si non habeat, non admodum desidero. 1. Tusc.

Sunt qui in rebus contrariis parum sibi consent, voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores, gloriam negligant, frangantur infamia. 1. Off.

Ut si Grammaticum professus se quispiam.  
2. Tusc. In Simil. 10.

Quotut quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat, qui disciplinam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet. quicquæ obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat? Videre licet alios tanta levitate & jactatione, iis ut fuerit, non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, nonnullos gloriæ: multos libidinum servos, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpissimum. 2. Tusc.

*Eloquentia.*

**P**acis est comes, oculique socia, & jam bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. De claris Orat.

Nemo est qui nesciat initio genus humanum, in montibus ac sylvis dissipatum, prudentium consiliis compulsus: & disertorum oratione delinitum, se oppidis, mœnibusque sepsisse. 1. de Orat.

Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur & victu ferino sibi vitam propagabant: nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. 2. Nemo legi-

timat

timas viderat nuptias, nemo certos inspexit liberos. Quo tempore quidem magnus videlicet vir, dispersos homines in agris, & in locis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit, & eos ex feris & immanibus, mites reddidit, & mansuetos. 1. de Invent.

Hoc tempore, cum homines nondum neque naturali, neque jure civili descripto fusi per agros atque dispersi vagarentur, tantumque haberent quantum manu ac viribus per eadem ac vulnera, aut eripere, aut retinere potuissent: existerunt viri virtute & consilio praestanti, qui dissipatos unum in locum congregarunt, eosque ex ferocitate illa ad justitiam atque mansuetudinem transtulerunt & invento divino & humano jure, eos moenibus sepeverunt. Pro Sestio.

Duae sunt artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una Imperatoris, altera Oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur. Pro Muræna.

Gravis est, & plena dignitatis dicendi facultas, quae plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima saepe studia peperit. Pro Muræna.

Eloquentia principibus maxime ornamento est. 4. de Finib.

Eloquentia grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis: manus ex-



trema non accessit operibus ejus: præclare inchoata multa, perfecta non planè. De claris. Orat.

Nihil est eloquentiâ laudabilius, vel præstantius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratiâ. 2. Off.

Nihil est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem, & conservationem datam, ad bonorum pestem, perniciemq; convertere. 2. Off.

Nihil est tam incredibile, quod dicendum non fiat probabile. Nihil tam horridum tantum incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Paradox.

Ut hominis decus est ingenium, sic ingenium lumen est eloquentia. De clar. Orat.

*Eloquens & disertus.*

**E**Loquens, hoc vel maximè differt à diserto. Disertus est enim qui potest satis actè atq; dilucidè, apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere. Eloquens verò, qui mirabiliùs & magnificentius augere potest atq; ornare quod vult: omnesq; omnium rerum, quæ ad dicendum pertinent, fontes, animo ac memoria continet. 1. de Orat.

Si de laudibus Eloquentiæ, delectatione artis difficultate plura cupias, evolve diligenter librum de Oratore, & amplius quod desideres nihil erit.

Orat.

Orator.

20

**N**omine Oratoris & docti ornandus est, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium, supplicioque constringere: idemque ingenii praesidio innocentiam judiciorum poena liberare: idemque, languentem, labentemque populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare: qui denique quemcunque in animis hominum motum res & causa postulet, cum dicendo vel excitare possit, vel sedare. 1. de Orat.

*Dialectica & Rethorica quadam  
differentia.*

21

**Z**eno Rethoricam palmae, Dialecticam pugno similem dicebat: quod latius loquerentur Rethores, Dialectici autem compressius. 2. de Fin.

Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter Dialecticam & Rethoricam interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam aiebat ejusmodi esse. Cum autem diduxerat, & manum dilataverat, Eloquentiam esse dicebat: hocque uno (ait Aristoteles) differunt, quod hæc ratio dicendi latior sit: illa loquendi contractior. Orat. ad Brutum.

Doct.

*Docti quid maximè sit proprium.*

**E**Ruditus oportet semper aliquid ex se promat quod alios delectet, aut seipsum laudibus illustret. L. Lucejus ad Cicero- nem. Famil. lib. 7.

Docti non solum vivi ac præsentēs, studio- sos discendi erudiunt atque docent sed hoc i- dem etiam post mortem monumentis litera- rum assequuntur. 1. Offic. †

*Ingeniosus laboriosissimè docet.*

**Q**Uò quisque est solertior & ingeniosior hoc docet iracundius & laboriosius quod enim ipse celeriter arripuit, quum tardè percipi videt, discrutatur. Pl. Rosc. Com.

*Doctus, invisus, nisi probus.*

**Q**Uò quis versutior & callidior, hoc in- ferior & suspectior, detracta opinione pri- bitaris. 2. Off.

Si quis, omissis honestissimis studiis ratio- nis & officii, consumit omnem operam in e- xercitatione dicendi: is inutilis sibi, pernicio- sus civis patriæ alitur: qui verò ita se armat loquentiâ, ut non oppugnare commodam patriæ, verum pro iis pugnare possit: is mihi & suis & publicis rationib. utilissimus, atq. iure- micissimus civis fore videtur. 1. de Invent. nis

Scientia, ut ait Plato. 1. Officior. In Apma- phth. 12.



*Ars militaris.*

25

**R**Ei militaris virtus præstat cæteris virtutibus: omnia nostra studia, & hæc forensis laus & industria latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis, & simulatque increbuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. Omnia denique quæ sunt in imperio, in statu civitatis ab iis defendi & firmari putantur, qui militari virtute antecellunt. Pro Muræna.

Multò plus adfert dignitatis res militaris, quàm juris civilis gloria. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille verò quò intendit, maturè cum exercitu perveniat. Te gallorum: illum buccinarum cantus excuscat. Tu actionem instituis: ille aciem instruit. Tu caves, ne tui consultores: ille ne urbes aut castra capiantur. Ille tenet & scit ut hostium copiæ: tu ut aquæ pluvix arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus: tu in regendis. Pro Muræna.

Dux sunt artes. Suprà in capit. de Eloquentia pro Muræna.

*Consilium & prudentia, armis & rebus bellicis præferuntur.*

**M**Inuenda est horum opinio, qui arbitrantur res bellicas majores esse, quàm urbanas: quamvis enim Themistocles atque jure laudetur, & sit ejus nomen quàm Solonis illustrius: citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio

filio Solonis, ei quo primum constituit reopagitas: non minus præclarum hoc quam illud judicandum est: illud enim mel profuit, hoc semper proderit civitati. Orat.

Non minorem utilitatem adferunt togati publicè præsumunt, quam qui bellum runt. Itaq; eorum consilio, spe, aut susceperunt. Quare expectanda gis est decernendi ratio, quam decertandi titudo: temerè enim in acie versari, & ma cum hoste configere, immane quiddam & belluarum simile. 1. Off.

Considerati hominis est jure decertare mis non contendere. Pro Cæcin.

Cedant arma togæ, concedat laurea guz. 1. Off.

Honestum efficitur, animi, non corp viribus. 1. Offic.

Parva sunt foris arma nisi est consilium mi. 1. Offic.

Non viribus aut velocitatibus, aut ce tate corporum res magnæ geruntur, sed filio & auctoritate & sententia. Cato Major.

Maximæ Respublicæ per adolescent labefactatæ, à senibus sustentatæ & resti sunt. Cùm enim ad gubernacula Reip cæ temerarii atque audaces homines dunt, maxima ac miserrima naufragia Cato Major.

Dux ille Græciæ nunquam optat, ut

procefferit, multum illum prævidisse, cui  
secus nihil sensitisse dicamus. Pro C. Rabir.  
Posthumo.

Nedum hominum humilium, sed etiam  
amplissimorum virorum consilia ex eventu,  
non ex voluntate à plerisq; probari solent. li.  
ad Attic. epist. 10.

*Princeps.*

29

**M**Agnum est, personā in Republica tue-  
ri principis, qui non animis solum de-  
bet, sed oculis servire civium. Phil. 8.

Nimis multa audire coguntur, neq; aliter  
facere possunt, quibus tota commissa est Res-  
publica. Pro Milone. *o o o*

Si quis de contentione principatus laborat  
nulla esse debet, stultissimè facit, si vi-  
s cum virtute contendit: ut enim cursus  
arsu, sic in viris fortibus, virtus virtute supe-  
tur. Philip. 14.

Regium est ita vivere. Pro Sylla. Vide Ap-  
petitus. 51.

Ut cupiditatibus principum de Leg. in  
mil. 15.

Quales in Repub. principes. Lent. Famil. 1.  
Apophth. 9.

Non tantum mali est peccare principes  
quanquam est magnum per se ipsum ma-  
m) quantum illud, quod permulti etiam  
imitatores principum existunt. Nam licet  
dere, quæcunque mutatio morum in pri-  
cipibus extiterit, eandem in populo secutam.

Nobi-



Nobilium enim vitâ, victuque mutato mores civitatis mutari solent. Nec solum vici concipiunt ipsi principes, sed ea infunduntur in civitatem: neque obsunt, quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt: plerumque exemplo, quam peccato nocent. Paucissimi atque admodum pauci, honore & gloria amplificari, vel corrumpere mores civitatis vel corrigere possunt. 3. de Leg.

Studiosè plerique facta principum imitantur. 1. Offic.

Turpe est eum, ex quo pudoris pudicitia petuntur exempla, eundem in aliquo libidine crimine comprehendi. Pro De jor.

○ *Imperator. ¶ ¶ ¶ ¶*

**I**mperatores appellandi sunt, quorum tute & consilii felicitate, maximis periculis servitutis atque interitus liberati sumus. 14. Philip.

In summo Imperatore, quatuor hæc virtutes inesse debent: scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas. Pro lege Man.

Hæ sunt virtutes Imperatoris, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. Pro lege Man.

Non solum bellandi virtus in summo Imperatore perfecta, quærenda est, multæ sunt artes eximie, hujus administrationis comitesque virtutis. Primum quantum innocentia, quanta deinde omnibus in rebus

emperantia, fide, felicitate, ingenio, & humanitate, Imperatores esse debent. Pro lege Manil.

Refrenet primum libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coerceat avaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat a se imperare, cum dedecori & turpitudini parere desierit. Parad. 5.

Non potest exercitum is continere Imperator, qui seipsum non continet; frugi hominem dici, non multum laudis habet in Rege: clementem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, & mansuetum, hæ sunt regie laudes. Pro lege Man. de Rege Deiot.

*Magistratus.*

31

**M**agistratus, lex est loquens. 3. de Legibus.

Magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia civitas esse non potest, quorum descriptione, omnis Reipublica moderatio continetur: neque iis solum præcipiendus est imperandi, sed etiam civibus temperandi modus. Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modeste patet, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. 3. de Leg.

Omnino qui Reipublicæ præsumunt, duos rationis præcepta teneant. Unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid in eis est, ad eam referant, obliti commodorum

rum suorum. Alterum, ut totum corpus Reipublicæ curent: ne cum partem aliquam teneant, reliquas deferant. Ut enim tutela, procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. 1. Off.

Huc omnia sunt referenda ab iis qui possunt sint aliis, ut qui eorum in imperio erunt, quàm beatissimi: estque ejus non modò sociis & civibus, sed etiam ejus qui servis, mutis pecudibus præsit, eorum quibus sit commodis, utilitatiq̃ servire. Ad Quir. Frat. epist. prim.

Sudandum est iis, qui magistratum gerunt: pro communibus commodis adeunt inimicitiz: subeunda sæpe pro Republica pestates: cum multis audacibus, improbis nonnunquam etiam potentibus dimicanda. Pro Sest.

Est boni magistratus, cum auxilia Reipublicæ labefactari, convelliq̃ videat, ferre per vim patriæ succurrere salutem, fortunam communibus: suam salutem posterio salutem communi ducere, intercludere omnes seditionum vias. Pro Cajo Rabir.

Si populo consulis, remove te à suspitione alicujus tui commodi: fac fidem, te nihil populi utilitatem & fructum quærere. Ergo Agrar. ad pop.

Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii qui Reipub. præ-

et in p. l. s.



quàm abſtinentiâ, & continentiâ. 2. Offic.  
 Eſt boni magiſtratus, commoda civium  
 defendere, non divellere, atque omnes æqui-  
 tate eadem continere. 2. Offic.

Eſt proprium munus magiſtratus, intelli-  
 gere ſe gerere perſonam civitatis, debere quæ  
 ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſervare  
 leges, jura deſcribere, & ea fidei ſuæ commiſ-  
 ſa meminiffe. 1. Offic.

Hic qui Rempubliçam tuebuntur, in primis  
 operam dabunt, ut juris & judiciorum æqui-  
 tate ſuum quiſque teneat: ut neque tenuio-  
 res propter imbecillitatem circumveniantur,  
 neque locupletibus ad ſua vel tuenda, vel re-  
 ſuperanda, obſit invidia. 2. Offic.

In primis videndum eſt ei, qui Rempub.  
 adminiſtrabit, ut ſuum quiſque teneat, & ea-  
 rum rerum ſit copia, quæ ſunt neceſſariæ. 2.  
 Officiorum.

Magiſtratus, non obediẽtem, & noxium  
 nem mulctâ, vinculis, verberibusque coër-  
 cat: ni par, majorve poteſtas, populusve pro-  
 beat. 3. de Leg.

Qui Reipublicæ præſunt, legum ſimiles  
 at quæ ad puniendum, non iracundiâ ſed æ-  
 quitate ducuntur. 1. Offic.

Munus eorum eſſe debet reſiſtere & levi-  
 ti multitudinis, & perditorum temeritati.  
 o Milone.

Eſt ei, cui Reſpublica commiſſa eſt, ne-  
 ceſſaria oratio & ſapientia, quâ regat popu-  
 C

los, quâ stabiliat leges, quâ castiget impro-  
 bos, quâ tucatur bonos, quâ laudet claros  
 viros, quâ præcepta laudis & salutis ad  
 ad persuadendum edat suis civibus, quâ hu-  
 tari ad decus, revocare à flagitio, consolari  
 possit afflictos: facta quæ & consulta fortium  
 & sapientium, cum improborum ignominiam  
 sempiternis monumentis prodere. Plerumque  
 tamen ad honores adipiscendos, & Rempublicam  
 gerendam nudi veniunt inermes, nullâ cognitione rerum, nullâ  
 entia ornati. 1. de Leg.

Est boni magistratus, non solum videtur  
 quid agatur, verum etiam providere, quid  
 turum sit. Pro Mur.

Bono viro, non minori curæ est quæ  
 Respublica post mortem suam futura  
 quàm qualis hodie sit. in Lælio.

Caput est in omni procuratione negotii  
 muneris publici, ut avaritiæ pellatur ve-  
 nima suspicio. 2. Off.

Nullum est vitium tetrius, quàm avaritia  
 præsertim in principibus, & Rempublicam  
 gubernantibus: habere enim quæstui Re-  
 publicam, non modò turpe est, sed scelera-  
 tum nefarium. 2. Off. *pe h*

Senatoriis ordo vitio careat, ceteri  
 cimen sit, nec veniat quidem in eum  
 nem quisquam vitii particeps. 3. de Leg.

Imitemur nostros Brutos, Camillos,  
 las, Decios, Curios, Fabricios, Max-

Scipiones, Lentulos, & Æmilios, quos indeorum immortalium cœtu ac numero repono. Amemus patriam, consulamus bonis, præsentibus fructus negligamus, posteritati & gloriæ serviamus. Id esse optimum putemus, quod erit rectissimum. Speremus quod volumus: sed quod acciderit, feramus. Cogitemus denique corpus virorum fortium, magnorumquæ hominum esse mortale: animi verò motus & virtutis gloriam sempiternam.

Pro Sest. 2

O conditiones miseras administrandarum civitatum & provinciarum: in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum: ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciofa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venientes prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeuntes deferunt.

Pro Flacco. 2

Sunt qui quod sentiunt, etiamsi optimum est, invidiæ metu non audent dicere. i. Officiorum.

Lex.

32

**L**ex, est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibet quæ contraria. i. de Leg.

Lex, nihil est aliud, nisi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensque contraria. Philip. ii.

C 2



Legibus proposita sunt supplicia vitiis, ut  
præmia virtutibus. 2. de Orat.

Vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum: ab eadem  
vivendi doctrina dicitur. 1. de Leg.

Docemur autoritate, nutuque legum, docemur  
mitas habere libidines, coercere omnes cupiditates,  
nostras tueri ab alienis mentes, oculos ab aliis  
los, manus abstinere. 1. de Orat. 2

Leges sunt inventæ, quæ cum omnibus  
na, atque eadem voce loquerentur. 2. Off.

A maioribus nostris nulla alia de causa  
ges sunt inventæ, nisi ut suos cives in colum  
conservarent. In Vatin. 2

Ad salutem civium, civitatumque incol  
mitatem, vitamque hominum & quietam  
& beatam, conditæ sunt leges. 2. de Legib.

Ea virtute & sapientia majores nostri fuerunt,  
runt, ut in legibus scribendis, nihil sibi, nec  
salutem, atque utilitatem Reipublicæ præ  
ponerent. Neque enim ipsi, quod obesse  
scribere volebant: & si scripsissent, cum  
intellectum, repudiatam iri legem intelligebant. 1. de Juvent. 2

Nihil est tam aptum ad jus conditionem  
naturæ, quam lex: sine qua nec domus ullior  
nec civitas, nec gens, nec hominum univ  
sum genus stare, nec rerum natura omni  
nec ipse mundus potest. 3. de Legib. 2

Fundamentum libertatis, fons æquitatis  
mens & animus, & consilium, sententia  
vita

uitatis, posita est in legibus. Pro Cluent.

Ut membra. Pro Cluent. In similib. 17

Jus amitti non potest sine magno incommodo civitatis. Pro Cæcin.

Omnia sunt incerta, cum à jure discessum doest. Ad Pap. Pætum lib. Fam. 9.

Major hæreditas venit unicuique nostrum à jure, & legibus, quam ab iis, à quibus illa bona relicta sunt. Nam ut perveniat ad nos fundus, testamento alicujus fieri potest: ut retineamus quod nostrum factum est, sine jure civili non potest. Pro Cæcin.

Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civitum conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis damno coercent. 3. Off. 2

Legis est persuadere, non omnia vi ac minis cogere 2. de Leg.

Si esset ista cognitio juris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum dicendi laborem imbellere. 1. de Orat.

Domus Jurisconsulti, est totius oraculum civitatis. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum causâ reperta sunt. 1. de Orat.

*Jus civile.*

33

Juris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio. 2. Offi.

Nihil est in civitate tam diligenter retinendum quàm jus civile. Etenim hoc sub-

lato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum sit. Nihil est quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. Pro Cæcin.

Jus civile ejusmodi esse debet, quod neque inflecti gratiâ, neque perfringi potentiâ, neque adulterari pecuniâ possit. Quod si non modo oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adservatum erit, nihil est quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. Pro Cæcinna. V

Qui jus civile contemnendum putat, vincula revellit, non modo judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæque communis. Qui autem tem interpretes juris vituperat, si imperiti juris esse dicit, de hominibus, non de jure civili detrahit. Si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges & jura labefactat. Pro Cæcin.

Veri juris, germanæque justitiæ solidam & expressam imaginem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur. 3. Off.

Tu de Juris civilis commendatione leges plenissimè apud Ciceronem in oratione pro A. Cæcinna. V

*Arma legibus contraria.*

**N**ihil est æquitati tam contrarium atque infestum, quàm convocari, armarique homines: nihil juri tam inimicum, quam vis. Pro Cæcinna.

Nihil



Nihil est exitiosius civitatibus, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum, quàm constituta & composita Republica quicquam agi per vim. 3. de Legib.

Silent leges inter arma, nec se expectari jubent, cum ei qui expectare velit, antè injusta pœna luenda sit, quàm justa reperenda.

Pro Milone.

*Judex, & quæ sint ejus partes.* 35

**J**udex est is, quem non minus benè de nobis existimare, quàm secundum nos indicare velimus. Pro Rosc. Com.

Semper iniquus est judex, qui aut invidet, aut favet, debet què in judicio imbecillis esse invidia. Pro Planc.

Abducuntur nonnunquã judices ab institutis suis magnitudine pecuniæ. 6. Act. in Ver.

Ingentes divitiæ, judiciorum religione, veritatem què solent perfringere. 2. Act. in Verr.

Plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundiâ, aut dolore, aut lætitiâ, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut juris normâ aliquâ, aut judicii formulâ, aut legibus 2. de Orat.

Est sapientis judicis, meminisse se hominem, cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum. Et non solum sibi soli potestatem esse datam, verum etiam fidem habitam esse, meminisse posse

quem oderit, absolvere: quem non oderi  
condemnare: & semper non quæ velit ipsi  
sed quid lex & religio cogat, cogitare. Arfac  
madvertere, qua lege reus citetur, de quo  
reco cognoscat, quæ res in quæstione versetur.  
Cum hæc sunt videnda: tum illud est homini  
nis magni, iudicis, atque sapientis, habetio  
in consilio legem, fidem, religionem, æqu  
tatem: libidinem autem, & invidiam, me  
cupiditates omnes amovere: maximi æstan  
mare conscientiam mentis suæ, quam à dñe  
immortalibus accepimus, quæ à nobis div  
li non potest. Pro Cluent.

Cum iudici dicenda sententia est, men  
nerit se Deum habere testem, id est, mentei  
spem, qua nihil homini dedit ipse Deus dñi  
niu. 3. Cffi.

Est sapientia iudicis in hoc, ut non solū  
quid possit, sed etiam quid debeat, pon  
ret: nec quantum sibi permissum, mem  
rit, sed etiam quatenus commissum sit. Pro  
Rabir. Posth.

Laborare debent iudices non modò quon  
dicant pro testimonio, sed etiam quibus verb  
bis utantur, ne quid minus moderatè pos  
ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum ven  
bum esse videatur. Vultu autem labora  
ne qua significari possit suspicio cupiditatu  
ut & cum prodeunt, existimatio sit quæ de  
racita de illis pudoris ac religionis: & cum  
discedunt, ea diligenter conservata ac reter  
videantur, Pro Font. 2 Neq

deri Neq; contra Rempublicam, neque contra  
 ipsiusjurandum ac fidem, amici causa vir bonus  
 Asfaciet, ne si iudex quidem erit de ipso amico:  
 e quonit enim personam amici, cum induit  
 secum iudicis: Nam si omnia facienda sint, quæ a-  
 omni velint, non amicitia tales, sed conjura-  
 abetiones putandæ sunt. 3. Off.

æqu Judicis semper est verum sequi. 2. Off.  
 met Est boni iudicis, parvis ex rebus conjectu-  
 i ætam facere uniuscujusque, & cupiditatis &  
 a à continentia. 6. in Verr.

divo Judex bonus nemo esse potest, qui suspi-  
 cione certa non movetur. 7. Act. in Verr.

nen Scriptum sequi, calumniatoris est: bo-  
 nentem vero iudicis voluntatem scriptoris, au-  
 s dioritatēque defendere. Quæ lex enim,

quod Senatusconsultum, quod magistratus  
 soludictum, non infirmari aut convelli potest,

ponit ad verba deflectere voluerimus? consi-  
 eminum autem eorum, qui scripserunt, & ra-

t. Ponem, & auctoritatem relinquamus. Non  
 nim ex verbis pendet jus, sed verba serviunt

do quominum consiliis & auctoritatibus: nec  
 ous verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius

posita verba in leges conjecta sunt. Pro Cæ-  
 am vna.

bora Dubium non est, quin omnes omnium  
 ditatē cuncta posita sint in eorum potestate, qui

quæd dicia dant, & eorum qui judicant, quum  
 & cūmo nostrum possit ædes suas, nemo fun-

reter  
 Neq;



Q  
Q  
D  
dum, nemo bona patriæ obtinere: cùm ad  
judicandum detur iudex nequam & levis, qu  
de iis iudicet. 4. Act. in Verrem.

*Præceptores.*

N  
Nullum munus Reipub. afferre majus  
meliùsve possumus, quàm si doceamus  
atque erudiamus juventutem, iis præ  
sertim moribus atque temporibus, quibus ita  
prolapsa est, ut omnium opibus refrenand  
atque coërcenda sit. 3. de Divinat.

Nulli bonarum artium magistri non be  
ti putandi, quamvis consenuerint vires atque  
defecerint. Cato Major.

Pædagogi negligendi non sunt, sed quo  
dammodo colendi. Lælius.

Nemo est nostrum liberaliter educatus  
cui non educatores, cui non magistri sui ac  
doctores, cui non locus ille mutus, ubi ip  
sæ aut doctus est, cum grata recordatione  
in mente versetur. Pro Planc.

Idem erant antiquitus vivendi præcepto  
res, atque dicendi. 3. de Orat.

*Civitas.*

C  
ivitas in seditione non potest esse beata  
1. de Finib.

Proprium est civitatis atque urbis  
ut sit libera, & non sollicita suæ rei cujusque  
custodia. 1. de Off.

Millies perire est melius, quàm in sua civi  
tate sine armorum præsidio non posse vive  
re, præsidium charitate & benevolentia civi  
vivi

vium septū oportet esse, non armis. 2. Philip.

Illa non est civitas, cū leges in ea nihil valent; cū judicia jacent, cū mos occidit patrius. Parad. 4.

In hoc vel maximè vitiosa est civitas, quæ largitione interpositâ, virtutis & dignitatis oblivisci solet. De Petit. consul.

*Civis.*

38

**Q**ui periculum non timet, proposita invidiâ, morte, poenâ, qui nihilo se segnius Rempub. defendit, is vir verè, & civis putandus est. Pro Milone.

Civis est is, qui patriâ suam diligit, ac bonos oēs salvos, incolumesq; desiderat. In Var.

Ab omnibus, hujusmodi civis laudandus ac diligendus est, qui non solum Reipub. civem improbum removeret, verum etiam seipsum ejusmodi fore profiteretur ac præstat: ut sibi non modò communi voluntate virtutis atque officii, sed etiam ut quadam magis necessariâ ratione, rectè sit honesteque vivendū. 5. Act. in Verr.

Civem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque summissum & abjectum, neque sese efferentem: tum in Repub. ea vellet, quæ tranquilla & honesta sint. 1. Off.

Nihil viro bono & quieto & bono civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis. Ad Attic. 9. lib. Epist.

Civis non est habendus, qui civile bellum concupiscit. Philip 13.

Ingratus est, injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. Pro Marc.

Civem ab hoste non natura ac loco, sed animo, factisque distinguimus. Parad. 4.

Hi & audaces, & mali, & perniciosi cives putantur, qui incitant populi animos ad seditionem, aut qui largitione cæcant mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros & bene de repub. meritos, in aliquam vocant invidiam. Qui verò sceleratorum impetus & conatus represserunt, qui auctoritate, qui fide, qui magnitudine animi consiliis audacium resisterunt, ii boni cives semper habiti sunt. Pro Sest.

*Respublica, & patria.*

**R**espublica nomen universæ civitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quæ consecrare debemus 2. de Leg.

Eò omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est, ut magnam nominis nostri famam, ex maximis in Rempub. meritis collatis posteris relinquamus. In Var.

Bono viro, Lælius. In Magist. 31.

Omnibus bonis expedit salvam esse Rempublicam. Phil. 13.

Laudandus est is, qui mortem oppetit pro Repub. qui doceat chariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Estque illa vox inhumana & scelerata eorum, qui negant se



gant se recusare, quò minus ipsis mortuis  
terrarum omnium deflagratio consequatur.  
3. de Finib.

Qui pro Republica vitam reddiderunt,  
nusquam mehercule! eos mortem potius,  
quàm immortalitatem assecutos putavi. Pro  
C.

Nihil est ex omnibus rebus humanis præ-  
clarior aut præstantius, quàm de Republica  
bene mereri. Ad Planc. Famil. 10.

Omni timore deposito, debem<sup>9</sup> liberè Rei-  
pub. consulere. Bru ad Cic. Fam. 11.

Imitemur nostros Brutos. Pro Sest. De Ma-  
nist. 31.

His majores nostri, qui ob Remp. mortem  
obierant, pro brevi vita diuturnam memoriã  
reddiderunt. Phil. 9.

Duo hæc moriens opto. Philip. 2. In Apo-  
th. 128.

Non potest cuiquam malè de Repub. me-  
ndanti, justa esse caussa. de Resp. Arusp.

Magnus est in Republ. campus, multis a-  
rtus cursus ad laudem. Philip. 14.

Patria, est communis omnium nostrum  
rens. I. Invest. in Catil.

Non potest cognatio ulla propior esse, quã  
tria. 1. de Orat.

Ipsa patria dici vix potest quid charitatis  
id voluptatis habeat. Philip. 5.

Patria nihil dulcius, nihil charius in vita  
debet. Ad Quir. post red.

Est patriæ charitas maxima. In Vat.

Commune patriæ solum, & charum est, & jucundum, & delectabile: Cicero Cajo Casio, Famil. 12.

Nullus locus est domesticâ sede jucundior. 4. in Catilinam.

Nullus locus nobis dulcior esse debet patriâ. Ad Marc. Fami. 4.

Nostra patria delectat, cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponat. de Orat.

Chari sunt liberi, propinqui, familiares: sequuntur omnes omnium charitates patria una complexa est. Pro qua quis bonus dubitet mori oppetere, si ei sit profuturus? 1. Off.

Patriæ nos primum natura conciliat. Respons. Arusp.

Patria est, & Tuscia. In Apophth. 81.

Si contentio quædam & comparatio fiat, in quibus plurimum tribuendū sit officii, prudentes cipes sunt patria & parentes, quorum beneficiis maximè obligati sumus. 1. Off.

Sapientis est carere patriâ, & curi non confiderare. Ad Marc. Fam. 4.

Malo sine periculo domi mori esse, quàm cum periculo alienæ. Ad Marc. Fam. 4.

Pro patria, & in patria mori, præclarum. Attic. 8.

Nemo est tam ingratus, tam impius, tam nulli

nullius humanitatis, qui si patriæ merita resumere velit, non eam magis, quàm seipsum diligit. In Vati.

Nullus est casus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus. Phil. 13.

Omnia quæ à nobis geruntur, non ad nostram utilitatem & commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus. In Vat.

Non solum nobis nati sumus. 1. Offic. In Apoph. 11.

Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur: hæc enim secum loquitur: Non mihi Soli, sed etiam, atque adeò multo potius natus sum patriæ. Vita quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum solvatur. 4. Herennium.

Nihil est præstabilius viro, quàm periculis patriam liberare: beatiq; sunt hi, quib. ea res honori fuerit. Pro Mil.

Pericula, labores, dolorem etiam, optimus quisq; pro patria & pro suis suscipit: dolores proindeq; suscipere mavult, quàm deferere ullâ officii partem. 1. de Fin.

Quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incōmodum pro patria grare putandum est. At qui patriæ pericula suo periculo expectunt, hi sapientes putandi sunt, iustum & eum quem debent honorem Reipublicæ reddunt, & pro multis perire malunt, quàm cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam quam à natura acceptam propter



propter patriam conservaveris, naturæ cum cogat reddere, patriæ cum roget, non dare: & cum possis cum summa virtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignaviâ vivere: & quum pro amicis & parentibus & cæteris necessariis adire periculum velis: pro Republica, in qua & hoc & illud sanctissimum nomen patriæ continetur, nolle in discrimen venire, 4. ad Herennium.

Cum dies & noctes, omnia nos undique fata circumstent, non est dubitandum, eum spiritum, quem naturæ quisque debet, patriæ reddere. Phil. 10.

O fortuna mors! quæ naturæ debita, pro patria potissimum est reddita! Philip. 14.

Quum omnibus definita sit mors, optandum est magis ut vita, quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quàm reservata naturæ videatur. Pro Sestio.

Debemus grata eorum virtutem memoria prosequi, pro patria vitam profuderunt. Philip. 14.

Omnibus qui patriam conservarint, adiuvaverint, auxerint, certus est in cælo & definitus locus, ubi beati ævo sempiterno fruuntur. Somn. Scip.

*Peregrinatio.*

**O**mnis peregrinatio obscura & sordida est illis, quorum industria in patria potest esse illustris. Ad Marc, Cælium, Famil.

lib. 2.

Omni

Omnibus peregrinantibus gratum est, minimarum quoque rerum quæ domi gerantur fieri certiores. Cælius ad Ciceronem, Fam. 8. In externis locis, minor est ad facinus recundia. Ad Marc. Famil. lib. 4.

Multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul. Ad Trebatium, Famil. lib. 7.

*Gloria.*

**G**Loria est illustris & pervagata multorum & magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum. Pro Marcello.

Gloria, est solida quædam res & expressa, non adumbrata: est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium, de excellenti virtute: ea virtuti resonat, tanquam imago gloriæ: quæ quia rectè factorum plerumque comes est, non est bonis viris repudianda. Illa autem quæ se ejus imitatricem esse vult, temeraria atque inconsiderata, & plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix fama popularis, simulatione honestatis, formam ejus, pulchritudinemque corrumpit. Tu ergo quæ habent speciem gloriæ, collecta in inanissimis splendoris insignibus, contemne: brevia, fugacia & caduca existima. 3. Tus.

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt: nec simulatum quicquā potest esse diuturnum. 2. Off.

Honos, est præmium virtutis judicio studioque

dioq; civium delatum ad aliquem. Qui euen-  
sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi ip-  
honestus & honoratus videtur. De clar. Ora. I  
ad Brutum.

Is verus triumphus est, cum benè de Re-  
publica meritis, testimonium à consensu cina-  
tatis datur. Phil. 14.

Is honos videri solet, qui non propter spe-  
futuri beneficii, sed propter magna meri-  
claris viris defertur & datur: estque nunc  
invitamentum ad tempus, sed perpetuæ ab-  
tutis præmium. Ad Planc. Fam. lib. 10.

Ea est profectò jucunda laus, quæ ab his pro-  
ficiscitur qui ipsi in laude vixerunt. Ad Ma. B  
Catonem, Fam. lib. 15.

Is mihi videtur amplissimus, qui suâ vir-  
te in altiore locum pervenit, non qui ascen-  
dit per alterius incommodum & calamitatem.  
Pro Rosc. Amer.

Suscepit vita. 2. de Natur. Deor. De Viriis  
tc. 44.

Quæ melior in genere hominum natu-  
quàm eorum qui se natos ad homines juvant  
dos, tutandos, conservandos arbitrantur? resp-  
iit ad deos Hercules: nunquam abiisset, pro-  
cum inter homines esset, eam sibi viam n- O  
nisset. 1. Tusc.

Eò omnis vitæ nostræ ratio. In Vatin.  
Repub. 39.

Actum præclarè cum iis est, quorum  
tus nec oblivione eorum qui sunt, nec relori-



uentia posterorum sepulta esse poterit. Phil.  
ip. 14.

Brevis vita data est: at memoria benè red-  
lita vitæ sempiterna, quæ si non esset longior  
Quàm hæc vita, quis esset tam amens, qui  
cunaximis laboribus & periculis ad summam  
audem, gloriamque contenderet: Philip.  
pe 4.

Exiguum nobis vitæ curriculum natura  
circumscripsit, immensum gloriæ. Pro Cajo  
Lab.

Vita brevis est, gloriæ cursus sempiternus.  
pro Sest.

Breve tempus ætatis, satis longum ad benè  
vivendum. 1. Tusc.

Honos alit artes, omnesque incendimur ad  
studia, gloriâ, jacentque ea semper, quæ apud  
tratosque improbantur. 1. Tusc.

Trahimur omnes laudis studio, & optimus  
iraisque maximè gloria ducitur. Ipsi illi Phi-  
sophi etiam in illis libellis, quos de contem-  
tuenda gloria scribunt, nomen suum inscri-  
bunt, in quo prædicationem & nobilitatem  
respiciunt, prædicari se, ac nominari volunt.  
pro Arch. Poëra.

Opifices post mortem nobilitari volunt.  
Quid enim Phidias sui similem speciem inclu-  
it in clypeo Minervæ, cum inscribere non li-  
eret? Quid nostri Philosophi? nonne in his i-  
stis libris quos inscribunt, de contemnenda  
gloria, sua nomina inscribunt? 1. Tusc.

Nemo

Nemo est tam averſus à Muſis, qui non  
mandari verſibus æternum ſuorum laborum  
facile præconium patiatur. Pro Arch. Poëta.

Themistocles. Pro Arch. Poëta. In Ap  
phth. 4.

Poëta post mortem nobilitari volunt. ut  
de illud.

Aspicite ô cives, senis Ennii imaginis  
nam :

Hic veſtrûm finxit maxima facta patrum.

Mercedem gloriæ efflagitat ab his quorum  
patres affecerat gloria. Idemque.

Nemo me lachrymis coret, nec fune  
fletu.

Faxit : cur ? voluto docta per ora virum.  
Tuscul.

Vix invenitur qui laboribus ſuſceptis,  
riculisq; aditis, non quaſi mercedem rerum  
geſtarum deſideret gloriam. 1. Off.

Nemo unquam ſine magna ſpe immorta  
tatis, ſe pro patria offert ad mortem. 1. Tu

Perfecti homines, & excellentibus ingen  
præditi, excitantur ſpe gloriæ, quæ habet  
mam honeſtatis, & ſimilitudinem. Cato M  
jor.

Nemo noſtrûm in Reip. periculis cum la  
de ac virtute verſatur, quin ſpe poſteritatis  
fructuque ducatur. Pro C. Rabir.

Quum optimus quiſq; maximè poſteritatis  
ſerviat, eſſe aliquid veriſimile eſt, cujus  
poſt mortem ſenſum ſit habiturus. 1. Tuſc.

Licet

Licuit esse otioso Themistocli, licuit Examionondæ: sed nescio quomodo inhæret mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorum: quo quidē dempro, quis am esset amens, qui semper in laboribus & periculis viveret? 1. Tusc.

Pueri efferuntur lætitia cū vicerint, & udet victos: ut se accusari nolunt: quā cū laudari! quos illi labores non perfecerunt, ut æqualium principes sint. 5. de Finibus.

Quis tantos labores diurnos, nocturnosq; omni militiæque susciperet, si iisdem finibus gloriam suam, quibus vitam esset terminaturus: Sed optimi cujusque animus maxime immortalitatem gloria nititur. Cato Major.

Est angusti animi atque demissi, triumphihonorem atq. dignitatem contemnere. Nam levitatis est. In Piso. In simil. 75.

Præstantes viri, nunquam tanta conati essent, quæ ad posteritatis memoriam pertinent, ni animo vidissent posteritatem ad se pertinere posse. Nonne melius multò fuisset, otiosam ætatē & quietam sine ullo labore & contentione traducere? Sed nescio quo modo animus erigens se, posteritatem semper inspicit, quasi cū excesserit è vita, tum eniq; victurus sit. Cato Major.

Sapiens virtutis honorem, præmium, haud ædam petit. 3. de Orat.

Nullam



Nullam virtus aliam mercedem laborum  
 periculorumque desiderat, præter hanc la  
 dis & gloriæ: quâ quidem detractâ, Judic  
 quid est quod in hoc tam exiguo vitæ cur  
 culo & tam brevi, tantis nos in laboribus  
 creamus? Certè si nihil animus præsentis  
 in posterum, & si quibus regionibus vitæ  
 tium circumscriptum est, eisdem omnes co  
 tationes terminaret suas: nec tantis se labo  
 bus frangeret, neque tot curis vigiliisque  
 geretur, nec toties de vita ipsa dimicant.  
 Nunc insidet quædam in optimo quoque; vitæ  
 quæ noctes & dies animum gloriæ stim  
 concitat atque admonet, non cum vitæ te  
 pore esse dimittendam commemorationem  
 nominis nostri, sed cum omni posteritate  
 æquandam. Pro Archia Poëta.

Nullam mercedē tanta virtus, præter hanc  
 laudis & gloriæ desiderat: qua etiam si car  
 tamen est seipsa contenta: quanquam in  
 moriam gratorum hominum tanquam in  
 ce posita lætetur. Phil 5.

Ex omnibus præmiis virtutis, amplissimum  
 est præmium gloria: quæ vitæ brevitatem  
 steritatis memoria consolatur: quæ effici  
 absentes adsumus, mortui vivamus, cujus  
 dibus etiam homines in cælum videntur  
 scendere. Pro Milone.

Non vita hæc dicenda est, quæ corporis  
 spiritu continetur: illa, inquam, illa vita  
 quæ viget memoria seculorum omnium.

posteritas alit, quam ipsa æternitas semper  
intuetur. Pro Marc.

Vestra quæ dicitur vita, mors est. Somn.  
Scipion.

Nihil est verâ gloriâ dulcius. Philip. 5.

Natura nihil præstantius habet, nihil quod  
magis experat, quàm honestatem, quàm lau-  
dem, quàm dignitatem, quàm decus. 1. Tusc.

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. de  
Divinat.

Verùm decus in virtute positum est. Cice-  
ro ad Plancum, Fam. lib. 10.

*De morte.*

42

**O**Mnium rerum mors est extremum. ad  
Torq. Fam. 6.

Mors est discessus animæ à corpore.  
1. Tuscul.

Mors, somno similis est. Tusc.

Morti nihil est tam simile, quàm somnus.  
Cato Major.

Somnus, imago mortis. 1. Tuscul.

Mors, quasi saxum Tantalò semper impen-  
det. 1. de Fin.

Moriendum certè est, & id incertum an eo  
ipso die. Cato Major.

Nemini exploratum potest esse, quomodo  
sefe habiturum sit corpus, non dico ad annum  
sed ad vesperum. 2. de Finib.

Quis est, quamvis sit adolescens, cui sit ex-  
ploratum, se ad vesperum esse victurum? Ca-  
to Major.

Mors

Mors omnibus est parata. 4. Inveſt. in C  
til.

Omnibus definita eſt mors. Pro Seſt  
Morſem omnibus natura propoſuit. Phil.  
Neceſſe eſt mori. 2. Tuſcul.

Moriendum eſt omnibus: eſt que finis  
ſeriz in morte. 1. Tuſcul.

Commorandi nobis natura diverſorium  
non habitandi dedit, Cato Major.

Ex ipſa vita diſcedendum eſt, tanquam  
hospitio, non tanquam ex domo. C. Major.

Si hoc tempore diem non obieris, pau  
poſt diebus eſt tibi moriendum, quia non  
natus es. Sulpitius ad Cicero. Famil. lib. 4.

Hoc meditatū ab adoleſcentia debet eſt  
morſem ut negligamus, ſine qua meditati  
ne, tranquillo eſſe animo quis non poteſt. C  
to Major.

Morſem omnibus horis impendentem  
mens, quis tranquillo animo poſſit cōſiſte  
Cato Major.

Qui id quod vitari non poteſt metuit, is  
vere animo quieto nullo modo poteſt. 2. Tu  
ſcul.

Quæ poteſt eſſe in vita jucunditas, cupin  
dies & noctes cogitandum ſit jamjam  
moriendum? 1. Tuſc.

Qui morſem non timet, magnum is  
præſidium ad beatam vitam comparavit.  
Tuſc.

Non deterret ſapientem morſ, quæ p



Propter incertos casus quotidie imminet. & propter brevitatem vitæ nunquam longè potest abesse. Tuscul.

Utrum vivere, an mori sit melius, dii immortales sciunt: hominum quidem scire arbitror neminem. i. Tuscul.

A malis mors abducit, nos à bonis. i. Tusc.  
Ipse animi discessus à corpore fit sine dolore, & fit plerunque sine sensu, nonnunquam etiã cū voluptate: totum hoc leve est, qualecunque sit: fit enim ad punctum temporis. i. Tusc.

Tunc erimus beati quum corporibus relinquantur, cupiditarum æmulationum erimus expertes. i. Tuscul.

Pellantur istæ ineptiæ penè aniles, ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? naturæ ne? At ea quidem dedit usutam vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit quum vult? ea enim conditione acceperas. Quæ verò ætas longa est? aut quid omninò homini longum? Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec cū pinantes affecuta est senectus? Omnia ista perinde ut cuiq; data sunt, pro rata parte à vita, longa aut brevia dicuntur. i. Tusc.

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur, non quorum laus emori non potest. Parad.

Honesta mors nunquam est fugienda, sc-

pè etiam oppetenda. Martius ad Ciceronem  
Fam. lib. 10.

Verat dominans in nobis Deus. 1. Tusc. In  
piis Sent. 68.

Non est injussu Imperatoris. Cato Major. In  
piis Sent. 70.

Nobis si quid tale acciderit. 1. Tusc. In piis  
Sentent. 72.

Tibi & piis omnibus. 1. Tuscul. In piis sen  
tent. 69.

Nisi Deus. 1. Tusculanarum. In piis Sen  
tent. 71.

Sunt qui se gratum mortuis facere, si gratili  
viter eos lugeant, arbitrantur: Accedit super  
stitio muliebris quædam: existimant enim  
diis immortalibus se faciliùs satisfacturos,  
eorum plaga percussi, afflicti se & stratos es  
sateantur. 3. Tusc.

Mortuorum corpora nihil sentiunt in  
pultura, quantum autem consuetudini,  
maxq; dandum sit, id curent vivi, sed ita, ut  
telligant nihil ad mortuos pertinere. 1. Tu

Quum ab amicis rogaretur Diogenes.  
Tusc. in Apophth. 37.

*Mors, bonum sit an malum: plenissimè primò  
Tusculanarum leges, & in dialogo qui  
Cato Major inscribitur.*

**Q**uis est, aut quoruscumq; cui mors  
appropinquet.

Non refugiat timido sanguen, atq; exalbe-  
 scat metu? 5. de Fin.

Emori nolo. 2. Tusc. In Apophth. 43.

*Virtutis quæ sit vis & commendatio.* 44

**V**irtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua  
 nihil laudari potest. 2. de Orat.

Virtus nihil est aliud, quàm in se per-  
 fecta, & ad summum perducta natura. 1. de  
 Legib.

Virtus, est affectio animi constans, conve-  
 niensq; laudabiles efficiens eos in quibus est:  
 & ipsa est per se suâ sponte, separata tamen u-  
 gratilitate, laudabilis: ex ea proficiuntur ho-  
 pnestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnisq;  
 directa actio. 4. Tusc.

Virtutis multæ definitiones consulto à  
 nobis omittuntur.

Id dicitur, honestum, non quod laudetur  
 multis, sed quia tale sit, ut vel si ignorent  
 homines, vel si obtinuissent, pulchritudine  
 sua tamen esset, specieque laudabile. 2. de Fi-  
 nib.

Honestum etiam si nobilitatum non sit, aut  
 si etiam à nemine laudetur, laudabile est na-  
 turâ: quod si oculis cerneretur, mirabiles a-  
 more citaret sapientiz. 1. Off.

Honestum est, quod detracta omni utilita-  
 te sine ullis præmiis, fructibusque, per seipsum  
 pure potest laudari. 2. de Finib.

Si non ipso honesto movemur, ut viri bo-



ni simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni. Nam quid faciet is in tenebris qui nihil timet, nisi testem vel iudicem? quid in deserto loco, nactus quem multo auro spoliare possit, imbecillum atque solum? I. de Legibus. 2

Si emolumentis, non suapte natura virtus expetitur: una erit virtus quæ malitia rectissime dicitur. Nam qui virtutem pretio metiuntur, nullam virtutem, nisi malitiam putant. I. de Legib.

Nulla potest esse virtus nisi gratuita. Nam quæ voluptate, quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non virtus, sed fallax, & imitatio, simulatioque virtutis. 5. Tusc.

Quicquid præter id quod honestum sit, expetendum esse duxeris, in bonisque numeraveris, & honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus everteris. 3. de Finib.

Difficile est hominibus persuadere honestum propter ipsum eligendum. C. Cassio Ciceroni. Famil. lib. 51.

Si ipsam honestatem undique perfectam, & absolutam, rem unam præclarissimam omnium, maximeque laudandam, penitus desideremus: quonam gaudio cõpleremur, cum tantopere ejus adumbrata opinione latemus. 5. de Finib.

Sumus natura studiosissimi, appetentissimique honestatis: cujus si quasi lumen

quod

quod aspeximus, nihil est quòd, ut eo poriamur, non parati simus, & ferre, & perpeti. 2. Tusc.

Nihil est virtute amabilius: quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, à nobis diligetur. 1. de Nat. Deor.

Virtutem necessariò gloria sequitur. Tusc.  
Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. 1. Tusc.

Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius nihil amabilius. 1. de Nat. Deor.

Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cujus ea est vis, ut eam (quod magis est) in hoste etiam diligamus. In Læli.


Animi hominum moventur ad diligendum, cum eorum, quibuscum usu conjuncti sunt, virtutem & bonitatem perspiciunt. In Lælio.


Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, æstimatione vitæ: alienanturque ab iis, in quibus hæc non sunt. 1. de Oratore.


Suscepit vita, consuetudoque communis, cum beneficiis excellentes viros in cælum, fama ac voluntate tollamus. 2. de Nat. Deor.

Quæ natio non comitatem, non benevolentiam, non gratum animum, & beneficii memorem diligit? Quæ superbos, quæ ma-

lefcicos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, non odit? 1. de Leg.

Eos viros nos suspicimus, maximisque effe-  
rimus laudibus, in quibus existimamus, ex-  
cellentes quasdam & singulares perspicere  
virtutes. Despicimus autem eos, & contem-  
nimus, in quibus nihil virtutis, nihil animi, ni-  
hil nervorum putatur. Quamobrem contem-  
nuntur ii, qui nec sibi nec alteri profunt, ut di-  
citur, in quibus nullus labor, nulla industria,  
nulla cura est. Admiratione autem quadam  
afficiuntur ii, qui anteire cæteris virtute pu-  
tantur. 2. Offic. 

Illud honestum, quod in alio cernimus  
nos movet: atq; illi quo id inesse videtur, am-  
cos facit. Omnis enim virtus nos ad se allicit  
facitq; ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse  
videtur. 1. Off. 

Quis est tam dissimilis homini, qui non  
moveatur & offensione turpitudinis, & com-  
probatione honestatis? Quis est qui non ode-  
rit libidinosam, protervam adolescentiam?  
Quis contra, in illa ætate pudorem, constan-  
tiam, etiam si sua nihil intersit, non tamen di-  
ligat? An obliviscimur quantopere in audien-  
do, in legendoq; moveamur, cum piè, cum a-  
micè, cum magno animo, aliquid factum co-  
gnoscamus? 5. de Finib. 

Quæ magno animo & elato, fortiter & ex-  
cellenter gesta sunt, ea nescio quo modo, quæ  
si pleno ore laudamus. 1. Off.

Cum



Cùm aliquid clementer, mansuetè, justè, rectè, moderatè, sapienter factum aut legim⁹ aut audimus: quo studio incendimur, non modò in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos sapè, quos nunquam vidimus, diligamus. Pro Marcel.

Quis est qui non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis? 2. Off.

Conciliatrix amicitiae est, virtutis opinio. In Lælio.

Habet hoc virtus, ut viros fortes, species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. In Pisonem.

Est proprium virtutis conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adjungere. 1. Off.

Virtus conciliat amicitias atq; conservat. In ea enim est convenientia rerum, in ea est stabilitas, in ea est constantia: quæ cum se exulit, & lumen suum ostendit, & idem aspexit agnovitq; in alio, ad id se admonet, vicissimque accipit illud quod in altero est, ex quo eorum exardescit sive amor, sive amicitia. In Lælio.

Propter virtutem jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. 3. de Nat. Deor.

Vera laus veræ virtuti debetur. 3. de Orat.

Nihil quidquam sine virtute laudabile. 1. Tusc.

Quibus gradibus Romulus ascendit in colum? rebus gestis atq; virtute. Parad. 1.

Bonus vir propriè & copiosè laudari sine virtutum cognitione non potest. 2. de Orat.

Eos quorum vita perspecta est in rebus honestis atque magnis & benè de Republica sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos observare & colere solemus. 1. Officiorum.

Vehementer amor multitudinis commovetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem ac facilitatem, eosque in quibus eas virtutes inesse videmus, à natura ipsa diligere cogimur. 2. Off.

Ea virtus videtur præstantis viri, quæ et fructuosa aliis, sibi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. 2. de Orat.

Si quod optimum, maximumque est, volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua nullam rem expetendam consequi possumus. In Lælio.

Verum decus in virtute positum est. Cicero ad Plancum, Fam. lib. 10

Digna est virtus gloriatio: tantumque præstat cæteris rebus ut dici vix possit qui inter sit. 4. de Finib.

Nesciunt multi, nesciunt quantas vires virtus habeat, nomen virtutis tantum usurpant, quid ipsa valeat, ignorant. Parad. 2.

Non sunt isti audiendi, qui virtutem ducunt & quasi ferream esse volunt. In Lælio.

Non est inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ populos universos tueri, eisque optimè consulere soleat: quod non faceret profectò, si à vulgi charitate ab horreret in Lælio.

2  
Virtus, quam sequitur charitas, minimè repudianda est. In Lælio.

Virtus altissimum locum in homine, & maximè excellentem tenet. Cum autem assumpta est ratio, tanto in domitatu locatur, ut omnia prima naturæ hujus tutelæ subiiciantur. 4. de Finib.

2  
Virtus, omnia quæ cadere in hominem possunt, subter se habet: eaque despiciens, casus contemnit humanos: culpaque omni carens præter seipsam, nihil censet ad se pertinere. 5. Tusc.

Optimè virtus seipsa novit, & quàm amabilis sit intelligit. In Lælio.

Virtutis tanta est vis, ut non possit unquàm esse vir bonus non beatus. In Pison.

2  
In virtute satis est præsidii ad benè vivendum, satis etiam ad beatè, satis ut fortiter vivamus, etiam ut magno animo, & quidem ut nulla re egeamus, semperque simus invicti. sequitur ut nihil poeniteat, nihil desit, nihil obstat. 5. Tusc.

Præsidii ad vivendum in virtute satis est. 5. Tusc.

Virtus ad beatè vivendum seipsa contenta est. 5. de Finib.



Cum fateamur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, faciendum est etiam eandem vim in virtute esse ad beatam vitam. Contrariorum enim contraria sunt consequentia. 5. Tuscul.

Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi nec surripi potest, neq; naufragio neque incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur? qua prædicti qui sunt, soli sunt divites: Soli enim possident res & fructuosas, & sempiternas: soli q; (quod est proprium divitiarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est: nihil appetunt nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Para. ult.

Virtus in tempestate sæva quæta est, & luceet in tenebris, & pulsa, loco manet tamen atq; hæret in patria, splendet q; per se semper neq; alienis unquam sordibus obsolescit. Pro Sestio.

Amitti virtus non potest. 2. Tusc.

Virtus est altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco. Philip. 4.

Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmitus in virtute quàm in casu præsidium collocavit. 4. ad Heren.

Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ: propterea quod sola virtus in sua potestate est. Omnia, præter eam, subiecta sunt fortunæ dominationi. 4. ad Heren. diuina.

Ma-

Major est virtutis jucunditas, quàm voluptas, quæ percipitur ex libidine & cupiditate.  
3. act. in Verrem.

Tu plura si desideres, evolve diligenter quintum Tusculanarum, nos enim ea tantum quæ videbantur graviora, selegimus, ne potius ex integro librum transcripsisse, quàm præcipuis præcipua selegisse videamur.

*Expetendarum rerum tria genera.* 45

**R**erum expetendarum tria sunt genera. Nam est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate, quod genus, virtus, scientia, veritas est. Aliud autem, non propter suam vim & naturam, sed propter fructum atque utilitatem petendum, quod pecunia est. Tertium est, ex horum partibus junctum, quod & sua vi, & dignitate nos inductos ducit, & præ se gerit quandam utilitatem, quod magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio. 2. de Invent.

*Vitia virtutis spectemplerunque induunt.* 46

**C**ernenda sunt diligenter, ne ea nos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi su-

perbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus: & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & religionem superstitio: studiisque bonis similia videntur ea, quæ sunt in eo genere nimia. In Part.

Astutia tollenda sunt, eaque malitia, quæ vult quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distatq; plurimum: nec ulla perniciæ vitæ major inveniri potest, quam cum in malitia inest simulatio. 3. Off.

Omniis veris falsa quædam adjuncta sunt tanta similitudine: ut nulla insit judicandi & assentiendi nota. 1. de Nat. Deor.

Finitima sunt falsa veris. 4. Academ.

*Voluptas.*

**I**mitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium: cuius blanditiis corrumpuntur quæ naturâ bona sunt. 1. de Leg.

Malorum esca voluptas: qua homines capiuntur, ut hamo pisces, Cato Major.

Voluptate capimur omnes. 1. de Leg.

Voluptates, blandissimæ dominæ, sæpè majores partes animæ à virtute detorquent. 2. Officiorum.

Maximas virtutes jacere oportet, voluptate dominante. Ad Artic. lib. 5.

In voluptatis regno non potest virtus consistere. Cato Major.

Qui voluptati deditus est, huic omnia sensu, non ratione sunt judicanda: eaque dicenda optima



da optima quæ sunt suavissima. 2. de Finib.

Impedit consilium voluptas ratione inimica ac mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Cato Major.

Semovenda est voluptas, non solum ut recta sequamur, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. 2 de Finib. 2

Quò major est voluptas, eò magis mentem à sua sede & statu dimovet. Parad. 1.

Non est necesse tanquam meretricem. 2. de Finib. In Sim. 46.

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in voluptate. 2. de Finib. 2

Non est ejus qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis. 3. Tusc.

Qui voluptatibus ducuntur, & se virorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dederunt, missos faciant honores, nec attingant Rempublicam, patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui. Pro Sest.

Nihil altum, nihil magnificum ac divinū suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tam contemptam. In Lælio.

Fieri non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, copiâ inopia etiam nonnunquam impeditus, literis operam dare possit. Nec est alia, cur intantis præmiis eloquentiæ, tantâ voluptate dicen-

di: tantâ laude, tantâ gloriâ, tanto honore tam sint pauci, semperque fuerint, qui in hoc labore versarentur. Omittendæ enim sunt omnes voluptates: relinquenda studia delectationis, ludus, jocus, conviviûm: sermo etiam penè omnium familiarium deferendus: quæ res in hoc genere homines à labore, studioque deterret. Pro M. Cælio.

Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit: quibus sopita virtus conniveret: & multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, quibus non modò prima ætas, sed jam corroborata caperetur. Pro M. Cælio.

Plerique propter voluptatem & parvam & non necessariam, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora, incurrunt: sæpi etiam legum judiciorumque pœnis obligantur. 1. de Finib.

Nulla capitalior pestis, quàm corporis voluptas, super hominibus à natura data est. Cato Major.

Vitium ventris & gutturis non modò minuit ætatem hominibus, sed etiam auferit. Pro M. Cælio.

Voluptatem dimittamus, & suis se finibus tenere jubeamus, ne blanditiis ejus, illecebrique capiaturs animi voluptas. 3. de Finib.

Amores & deliciae maturè & celeriter deflorescunt. Pro M. Cælio.

Fluit voluptas, & prima quæque evolat sæpiusque

sapiusque relinquit causas poenitendi, quam recordandi. 2. de Finib.

Unà cum societate moritur memoria voluptatis. 2. Off.

Omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimum est. 2. de Orat.

Nos omnes voluptate, quemadmodum naturâ capiamur, plura primo de Finibus.

*Animus.*

48

**O**pus est te animo valere, ut corpore possis. Cic. Tironi. Famil. 16.

Ex anima constamus & corpore. 4. de Finibus.

Constamus ex animo & corpore. 3. Tusc.

Animus est rationis compos & particeps, quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreatum. De Univers.

Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius. 3. Off.

Nobis Deus, sive mater rerum omnium natura dedit animum, quo nihil est prastantius neque divinius. Parad. 1.

Animus est ingeneratus à Deo. 1. de Legib. in Piis. 3.

Est animus caelestis. Cat. Maj. in Piis. 36.

Dii immortales. Cato Major. in Piis 26.

Humanus animus decerptus ex mente divini. 5. Tusc.

Animus cum est secum. 1. Tusc in Piis. 41.

Nulla



Nulla est celeritas. 1. Tusc. in Piis. 38.

Dux sunt viæ. 1. Tusc. in Piis, 60.

Oportet ut seipsa mens. 5. Tusc. in Piis. 39.

Eorum animi. Som. Scip. in Piis, 61.

Animus solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Cato Major.

Omnium animi immortales: sed bonorum fortiumque divini. 2. de Leg.

Bonorum virorum mentes mihi divine atque æternæ videntur, & ex hominum viis ad deorum religionem sanctimoniamque migrare. Pro Cajo Rabirio.

Sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Som. Scipionis.

Corpus hoc est mortale, animi verò immortalis, sempiterni. Pro Sestio.

Nihi interest, motu animi sublato, in pecudem & hominem: sed ne inter hominem & saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem. In Lælio.

Duplex est vis animorum: una pars in appetitu posita, altera in ratione: quæ docet, explanat quid faciendum, fugiendumve: ita fit ut ratio præsit, appetitus verò obtemperet. 1. Offi.

Est animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioque naturæ: ætæque homini & erudito, cogitare, est vere. Sapientis enim cogitatio, non ferè ad investigandum adhibet oculos ad vocatos. 4. Acad.

Animus perturbatus & incitatus, nec cohibere se potest, nec quoquo loco vult consistere omnino. 4. Tuf.

Animus æger 3. Tuf. In Apoph. 125.

Quemadmodum animus conturbatus. 3. Tuf. In Simil. 33.

Animi morbi, sunt cupiditates immensæ, inanes divitiarum gloriæ, dominationis libidinosarum etiam voluptatum, accedunt ægri-  
tudines, molestiæ, mœrores, quæ animos exedunt, conficiuntque curis. 1. de Finib.

Ægris corporibus similima est animi ægri-  
tudo. 1. de Finib.

Æquè animo dolemus, dum corpore dolemus. 3. Off.

Errat qui ullum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gravius existimat. 3. Tusc.

Morbi perniciosiores, pluresque sunt animi quàm corporis. 3. Tusc.

Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. 3. Tusc.

Animi lineamenta pulchriora sunt quàm corporis. Rectè solus liber, nec dominationi cuiusquam parens, neque obediens cupiditati. Rectè invictus, cuius, etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possunt. 3. de Finib.

Corpori tantum præstat mentis excellens perfectio, ut vix possit cogitari quid intersit. 3. de Finib.

Deus

Deus & ortu, & virtute antiquiorem genuit animum, cumq; ut dominum atq; imperantem obedienti præfecit corpori. De unitate.

Ut multò majora sunt opera animi quàm corporis: sic ex res, quas persequimur ingenio ac ratione, gratiores sunt, quàm quas viribus. 2. Off.

Quò major est vis animi, quàm corporis, hoc sunt majora ea quæ concipiuntur animo quàm illa quæ corpore. Philip. 11.

Cum multum animus corpori præstet. de Leg. In Pius Sent. 22.

Non viribus. Cato Major. Consilium 26.

Major est animi voluptas, quàm corporis. 2. de Finib.

Voluptate animi, nulla potest esse major. Cato Major.

Corpore, nihil nisi præsens & quod ad sentire possumus: animo autem & præterita & futura. 1. de Finib.

Corpus tandiu gaudet, dum præsens sentit voluptatem: animus & præsentem percipit pariter cum corpore, & prospicit venturam, nec præteritâ præterfluere finit. 5. Tus.

Corpus est q. vas animi, aut aliquod repositaculum. 1. Tus.

Deus animum conclusit in corpore. De universitate.

Exercendum est corpus, & ita efficiendum ut obedire consilio, rationique possit in expediendis negotiis, & in labore tolerando. 2. O.

Redditio



Redditur terræ corpus. 2. de Leg.

Formæ dignitas, aut morbo deflorescit, aut  
verustate extinguitur. 4. ad Heren.

*Ratio.*

49

**M**Unus animi, est ratione uti. 3. Tusc.

Nihil est, non dicam in homine, sed  
in omni cælo atq; terra, ratione divini-  
us, quæ quum adolevit atque perfecta est, no-  
minatur ritè sapientia. 1. de Leg.

Domina omnium & regina, ratio: connexa  
per se, & progressa longius, fit perfecta virtus:  
hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire  
debet, id videndum est viro, velut servo do-  
minus, velut Imperator militi, velut parens  
filio. 2. Tusc.

Benè adhibita ratio, cernit quid optimum  
sit: neglecta, multis implicatur erroribus. 4.  
Tusc.

Societatis humanæ vinculum, est ratio &  
oratio: quæ dicendo, communicando, dis-  
ceptando, judicando, conciliat inter se homi-  
nes, conjungitquæ naturali quadam societa-  
te. Neque ulla realia absumus à natura fera-  
rum. 1. Off. de homine. 118.

Ratione præstamus belluis. 1. de Leg.

Ut patrimonium homini ab homine relin-  
quitur, sic ratio homini à Deo. 3. de Nat.  
deor.

Nihil potest esse æquabile, quod non à cer-  
ta ratione proficiscatur. 2. Tusc.

Nihil per se amplum est, nisi in quo judicii  
ratio extat. Ad Brutum. 16.

Plus

Plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio. Parad. 1.

Gravior & validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitia. Pro Planc.

Sunt homines qui rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem matiamque convertunt. 3. de Nat. deor.

*Appetitus rationi obediant.*

**A**ppetitus omnes contrahendi, sedanquè sunt, excitandaque est animadversio, & diligentia, ut ne quid temere fortuito, inconsideratè negligentèrque agamus. 1. Off.

Efficiendum est ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione anicareant, ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. 1. Off.

Tu in hanc sententiam plura lege, primo Offic. capite, Duplex est enim.

Moderari animo & orationi, cum sis irritus, aut eviam tacere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem, etsi non perfectæ sapientiæ, tamen non est medioc ingenii, ad Quint. Frat. Epist. 1.

Animum vincere, iracundiam cohibere victoriam temperare, adversarium non modo extollere jacentem, sed etiam amplifi-

re e

re ejus pristinam dignitatem, præclarum est.  
 Hæc qui faciat, non ego eum summis viris  
 comparo, sed simillimum Deo judico. Pro  
 Marc.

Si quis hoc robore animi est, atque hac in-  
 dole virtutis ac continentiae, ut respuat om-  
 nes voluptates, omnemquæ vitæ suæ cursum  
 in labore corporis, atque in animi contem-  
 platione conficiat: quem non quies, non remis-  
 sio, non æqualium studia, non ludi, non con-  
 vivia delectent: nihil in vita expetendum pu-  
 tet, nisi quod est cum laude & honore & cum  
 dignitate conjunctum: hunc mea sententia  
 divinis quibusdam bonis instructum atq; or-  
 natum puto. Pro M. Cælio.

Regium est ita vivere, ut non modò ho-  
 mini, sed ne cupiditati quidem servias: con-  
 temnere omnes libidines: non auri, non ar-  
 genti, non cæterarum rerum indigere: popu-  
 li utilitati magis consulere, quàm voluntati,  
 nemini cedere, multis obsistere, Pro Syll.

Refrænet primùm libidines. Parad. pe.  
 Imperator. 30.

Esse abstinentem, continere omnes cupi-  
 ditates, præclarum magis est, quàm difficile.  
 Ad Quint. fratr. Epist. 1.

Quum præcipitur ut nobismetipsis im-  
 peremus, hoc præcipitur, ut ratio coërceat  
 avaritiam. 2. Tusc.

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non  
 modò singulos homines, sed universas fami-  
 lias



lias evertunt: totam etiam labefactant Rem  
Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ,  
ditiones, bella nascuntur. Nec hæ sese foris  
lūm jactant, nec tantū in alios cæco impe  
incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ  
ter se dissident, atque discordant. 1. de Finib

*Sempermanendum in officio.*

**N**ulla vitæ pars, neque publicis, neque  
privatis, neque forensibus, neque do  
mesticis in rebus, neque si tecum ag  
quid, neque si cum altero contrahas, vac  
re officio potest. In eo quæ excolendo sita  
vitæ honestas omnis, & in negligendo tur  
tudo. 1. Off.

Nec pretio, nec gratiâ, nec periculo, nec  
multatæ à via recta ostendemus oportere  
duci: nec ab ulla re honesta periculi, aut  
boris magnitudine. 3. ad Heren.

Nullò casu arbitror hoc constanti homi  
posse contingere, ut ulla intermissio fiat o  
cii. In Lælio.

Nulla lassitudo impedire officium & fr  
debet. Cic. Cornific. Famil. 12.

Pericula, labores, dolorem etiam optin  
quisq; suscipere mavult, quàm deserere  
officii partem. 1. de Finib.

Artium studio à rebus agendis abduci,  
tra officium est. 1. Off.

Si quis omissis. 1. de Invent. Vide Doctus  
visus. 24.

*Et bene & honestè vivendum.* 52

**O**ptima vivendi ratio est eligenda, eam  
jucundam consuetudo reddet. 4. ad Her.

Omnia nostra cura debet in hoc ver-  
ari semper, si possumus, ut boni aliquid effi-  
ciamus. Sin minus, ut certè nihil mali. 2. de  
orat.

Semper ita vivamus, ut rationem nobis  
addendam arbitremur. 4. Act. in Verrem.

Non ob ea solum incommoda. 1. de Finib.  
vide Impii. 3.

Si impietas. 3. de Finib. Vide Impii. 3.

A recta conscientia transversum unguem  
non oportet quenquam in omni vita sua dis-  
cedere. Cic. Attic. lib. 13.

Nobis persuasum esse debet, si deos, homi-  
esque celare possimus: nihil tamen avarè,  
nihil injustè, nihil libidinosè, nihil incontine-  
nter esse faciendum: honesta bonis, non oc-  
ulta quaeruntur. 3. Off.

Improbum est relinquere honestatem pro  
ut utilitatis magnitudinem. 3. Off.

& si honestatem utilitati præferendam esse  
disces, ex tertio Officiorum.

*Sobriè vivendum.* 53

Sse oportet ut vivas, vivere non ut edas.  
4. ad Heren.

Victus, cultusque corporis, ad valetu-  
tem referantur, & ad vires, non ad volu-  
ptatem. 1. Off.

Tan-

Tantum cibi & potionis adhibendum est  
ut reficiantur vires, non opprimantur. Cat.  
Major.

Jucunditas victus est in desiderio, & non  
in satietate 5. Tus.

Cibi condimentum est fames: potionis  
sitis. 2. de Finib.

Darius. 5. Tus. In Apophth. 59.

Ptolemæo 5. Tus. In Apophth. 60.

Timotheus. 5. Tus. In Apophth. 58.

Quum Dionysius. 5. Tus. In Apophth. 61.

Non intelligunt homines, quàm magnam  
vestigal sit parsimonia. Parad.

Quæritur in re domestica, continentia  
laus: in publica, dignitatis. Pro Flacco.

Omnium perturbationum fons est intemperantia,  
quæ est à tota mente, etiam à ratione defectio:  
sic averfa à præscriptione rationis, ut nullo modo  
appetitiones animum nec regi, nec contineri queant. 4. Tusc.

Mente rectè uti non possumus, multo  
& potione completi. 5. Tus.

Quæ virum forma deceat, & qui victus  
debeat, primo Officiorum lege, capit.

Quum autem.

*Turpitudine fugienda.*

**N**ihil est tam tetrum, nihil tam asperum,  
dum, nihil homine indignius, quam  
turpitudine. 2. Tusc.

Nihil est tam contra naturam, quam  
turpitudine. 3. Off.



Nihil est detestabilius dedecore. Phil. 3.

Periculum minus fugiendum est, quàm turpitudine. Philip. 7.

Ne turpitudine suscipiatur vitæ cupiditate. Philip. 13.

Nihil est malum, nisi quod turpe aut vitiosum est. 2. Tusc.

Si unum in locum collocata sint omnia mala, cum turpitudinis malo non erunt comparanda. 2. Tusc.

Misera est ignominia iudiciorum publicorum. Et cujus bona ex edicto possidentur huius omnis fama & estimatio cum bonis simul possideretur. Pro Quintio.

Nemo est tam agrestis. In Parad. Vide Ignominia. 207.

*Non peccandum.*

55

**P**eccare, est tanquam transilire lineas. Parad. 3.

Peccare certè licet nemini. Parad.

Accipere præstat, quàm facere injuriam. 5. Tusc.

Peccati dolor & maximus, & æternus est. d. Attic. 1.

Quæ parva videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt: ab iis etiam diligentius est declinandum. 1. Offic.

*Temperantia.*

56

**T**emperantia, est moderatrix omnium commotionum. 5. de Finib.

Est temperantia, libidinū inimica. 3. Offic.

E

Temperantia est quæ in rebus aut expectandis aut fugiendis, ut rationem sequamur, monet: quæ animis pacem affert, & eos quasi quadam concordia placat ac lenit. 1. de Finib.

Nihil reperiri potest tam eximium, quàm istam virtutem, moderatricem animi, temperantiam, non latere in tenebris, neque esse abditam: sed in luce. Ad Q. frat. Epist. 1.

Quemadmodum temperantia. 4. Tusc. In Simil. 38.

Frugalitatis esse videtur proprium motus animi appetentes regere & sedare, semperq; adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam. 1. Tusc.

Eas tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam, frugalitas est complexa. 3. Tusc.

Non potest temperantiam laudare is, qui ponit summum bonum in voluptate: est enim temperantia libidinum inimica. 3. Off.

Qui voluptatem summum bonum statuit esse temperans nullo modo potest. 1. Off.

Quæ laus, quod decus erit, tanti, quod ad pisci cum dolore corpus velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? 2. Tusc.

*Mediocritas optima regula.*

**N**ihil est quod tam deceat, quàm omni in re servare constantiam. 1. Off.

His rebus quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honestatem & decus conservabimus. 2. Off.

Mediocritas ad omnem usum, cultumque

vitz referenda est. In omnibus rebus mediocritas est optima. 1. Off.

Modus est optimus, decus ipsum tenere nec progredi longius. Orat. ad Brut.

Suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. De Orat.

Tu quæ sint in omni actione servanda lege. 1. Offic. capite, In omni autem actione.

*Verecundia.*

58

**C**ustos virtutum omnium, dedecus fugiens, & laudem maximam consequens, verecundia est. Par. Orat.

Moderator cupiditatis est pudor. 2. de Fin.

Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. 1. Offic.

Maximum amicitiz ornamentum tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaq; in iis pernitiosus est error, qui existimant, libidinem, peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam. In Lælio.

Sæpe videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur. 2. Tusc.

Pudor in bello est maximè periculosus, Plancus Ciceroni. Fam. 10.

Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se benè meritum putet: ne id quod petit, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius, quàm beneficii loco numerare videatur. Cic. Curio. Fam. 2.



*Justitia.*

59

**J**ustitia, virtus omnium est domina & regina virtutum. 3. Off.

Justitia, omnium virtutum causaa; & regina est. 1. de Legib.

Excellentissima virtus, justitia. 1. de Nat. Deorum.

Justitia sine prudentia plurimum poterit: sine justitia nihil valebit prudentia. 2. Officiorum.

Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est justitia: sine qua nihil esse potest laudabile. 1. Offic.

Justitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur: cuius primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi laceffit injuria: deinde ut communibus pro communibus utatur, privatis autem, ut suis. 1. Offic.

Justitia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica quaedam res multitudini videtur: nec injuria, quis est enim qui non admiretur splendorem, pulchritudinemq; virtutis? 2. Offic.

Solitario hominî, atq; in agro vitam degenti, opinio justitiæ necessaria est. Atq; iis etiâ qui vendunt, emunt, conducunt, locant: contrahendisq; negotiis implicantur, justitia ad rem gerendam necessaria est: cujus tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. 2. Off.

*Justitiæ*

Justitiæ partes sunt, non violare homines.  
1. Offic.

Totius justitiæ nulla est capitalior pestis,  
quàm eorum qui tum, dum maximè fallunt,  
id agunt ut boni viri videantur. 1. Off.

Omne officium quod ad conventionem  
hominum, & ad salutem tuendam valet, an-  
teponendum est illi officio, quod cognitione  
& scientia continetur: officiisq; scientiæ an-  
teponenda sunt officia justitiæ: considerare e-  
nim agere plus est, quàm cogitare prudenter.  
1. Off.

Tu quæ dicantur propriè justitiæ & officia  
& munera, leges plenissimè apud  
Ciceronem in libris Officio-  
rum.

*Pietas.*

69

**P**ietas, est fundamentum omnium virtu-  
tum: parentem ut Deum vereri, atq; non  
multò secus ac parentes, liberos amare  
debemus. Pro Planc.

Pietati summa tribuenda laus est. 2. de O-  
ratore.

Omnibus est amor pietas. Ciceron. C. Cas-  
sio, Fam. 15.

Pietate adversus deos sublata, fides etiam,  
& societas generis humani, & una excellen-  
tissima virtus justitia tollatur necesse est, 1. de  
Nat. Deor.

Pietas grata est Deo. 2. de Legibus, de  
Deo. 1.

E 3

Pietas maximè & religio. 2. de Leg. In Apophth. 64.

*Humanitas & Clementia.*

61

**H**omines ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Pro Ligario.

Nihil est tam regium, tam liberale, tam quàm munificum, quàm opem terre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis homines. 1. de Orat.

Nihil est tam deformè, quàm ad summum imperium, acerbitaltem naturæ adjungere. ad Q. frat. Epist. 1.

Rectè præcipere videntur qui monent, quàm tò superiores simus, tantò nos summissius geramus. 1. Off.

Qui plus propter virtutem, nobilitatem quàm possunt, eo minus quantum possint, debent ostendere. Pro Quinctio.

In bonis fortunæ summa laus est, nō extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ: ut opes & copiæ, non superbix videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem ac materiam dedisse. 2. de Orat.

Nihil est laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia, quæ ita probanda est, ut adhibeatur Reipublicæ causa severitas, sine qua administrari civitas non potest. 1. Off.

In re



In rebus prosperis, & ad voluptatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamq; fugiamus. Nam ut adversas, sic secundas res immoderatè ferre, levitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons. 1. Off.

Omnibus est odio crudelitas, & amori pietas & clementia. Cicer. C. Cassio, Famil. libro 15.

Est hominū naturæ maximè inimica crudelitas. 3. Off.

Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere verò jacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. Pro Rabir. Posthumo.

*Amor & amicitia.*

62

**A**micitia, nihil aliud est, nisi omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensus: qua quidem haud scio an excepta sapientia, quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum. In Lælio.

Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam cōveniens ad res vel secundas, vel adversas. In Lælio.

Quæ videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, & cætera generis ejusdem, hæc amicitia nunquam anteponenda sunt. In Lælio.

Amicitia plurimas res continet: quoquò te verteris præstò est, nullo loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, non aëre (ut ajunt) pluribus locis utimur, quàm amicitia. Nam & secundas res splendidiore facit amicitia: & adversas partiens, communicansque leviores. Nec debilitari animos, aut cadere patitur: verumetiam jam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes, adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod dictu difficilius, mortui vivunt. In Lælio.

In amicitia omnia insunt quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque jucunditas: cum hæc adsint, beata vita sit, & sine iis esse non possit. In Lælio.

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt: & ii, qui ad Rempublicam se contulerunt: & ii, qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur: & ii qui suum negotium gerunt otiosè: postremò ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modò velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim, nescio quo modo, per omnium vitam amicitia, nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. In Lælio.

Laus & charitas sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. 1. de Fin.

Amici-

Amicitia praesidium est firmissimum. 1. de Finib.

Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligere, nec alienius, quam timeri. 2. Offic.

Charum esse civem, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligere, gloriosum est: metui verò & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 1. Philip.

Diligere, & charum esse, jucundum: propterea quòd tutiorem vitam, & voluptatem efficit plenior. 1. de Finib.

Sine amicorum benevolentia, neque in adversa, neque in secunda fortuna quisquam vivere potest. Marcel Cic. Fam. lib. 4.

Amicitia colenda, quòd sine ea tutò, & sine metu vivi non possit, ne jucundè quidem. 2. de Finib.

Nulla potest esse jucunditas, sublata amicitia. Pro Plancio.

Quis est, pròh deum fidè! qui velit ut neque diligat quenquam, ne ipse ab ullo diligatur: circumfluere omnibus copiis, atque omnium rerum abundantia vivere? Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus locus amicitia. In Laelio.

Omnis ratio & institutio vitæ adjumenta hominum desiderat. In primisque ut habeas



quibuscum familiares conferre possis sermones. 2. Off.

Nulla modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus.

Nec verò ipsam amicitia tueri, nisi æquè amicos, ac nos ipsos diligamus. 1. de Fin.

Nullius opes tantæ fuerunt, aut tantæ esse possunt, quæ sine multorum amicorum officiis stare possint. Pro Plancio.

Omniū rerum, quas ad beatè vivendum natura paravit, nihil est majus amicitia, nihil uberius, nihil iucundius, quàm solitudo & vita sine amicis, insidiarū, & metus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis, conservatur animus, & à spe periculorum voluptatum sejungi non potest. de Finib.

Maximum est bonum amicitia: plurimæ sunt delectationes in ea. 1. de Invent.

Amicitia nihil est uberius. Cicero Appio Pulchro. Fam. 3.

Hæc est una via, & laudis, & honoris, & dignitatis, à bonis viris & sapientibus, & bene à natura constitutis laudari, & diligere. Pro Sestio.

Violari amicitiam, apud majores nostros nefas erat. Cic. Appio Pulch. Fam. lib. 3.

Violare amicitiam, hoc gravissimū crimen judico. Phil. 2.

Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum

rum supponitur: quam qui lædit, oppugnat commune omnium præsidium, & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem: non enim possumus per nos omnia agere. Alius in alia re est magis utilis. Idcirco amicitia comparantur ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Pro Roscio Amer.

Quoniam res humanæ fragiles, caducæq; sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim benevolentiaq; sublata, omnis est è vita sublata jucunditas. In Lælio,

Est ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. 1. Off.

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes sunt familiaritate conjuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. 1. Off.

Nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè vivendū accommodatius, quam cum viris bonis, jucundis, amantibus nostri vivere. M. Cic. Pap. Pæto, Fam. lib. 9.

In quibus sunt eadem studia, eadem voluntates: in his fit ut æquè quisque altero delectetur ac seipso: efficiturque id quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. 1. Offic.

Nihil minus homini esse videtur, quam nō respondere in amore iis, à quibus provocere, Cic. ad Brutum.

Benevolentiam non adolescentulorū more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia judicemus. 1. Off.

Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos: & nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentia pariter, æqualiterque respondeat. In Lælio.

Est in amicitia necessarium, ut alter nihilo sese plus quam alterum diligat: quod si tantillum intersit, jam amicitia nomen occiderit: cujus est ea vis, ut simul atque sibi aliquid, quæ alteri, maluerit, nulla sit. 1. de Legibus.

Verus est lex illa justæ, veræque amicitia, ut idem amici semper velint: neque est ullum certius amicitia vinculum, quam consensus & societas consiliorum & voluntatū. Pro Plancio.

Non est sancta amicitia, nisi ipse amicus per se ametur toto pectore, ut dicitur: qui quidē amandus est, & desperatis emolumentis & fructibus. 1. de Legib.

Amicorum bona communia. 1. Off.

Confirmata amicitia & perspecta fide, commemoratio officiorum supervacanea est. C. App. Pulch. Fam. lib. 3.

Odiosum est sanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. In Lælio.

Qui fortunis alicujus inducti, amicitiam  
ejus se-



ejus sequuti sunt, hi simulatque fortuna elapsa est, devolant omnes. Cum enim recessissent ea, quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri. 4. ad Herenn.

Ut hirundines. 4. ad Heren. In Simil. 93.

Non facile dijudicatur amor verus & fictus: nisi aliquod incidat ejusmodi tempus ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cætera sunt signa communia. Cic. Pap. Pato. Famil. lib. 8.

Amicus certus in re incerta cernitur. In Lælio.

Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita. In Lælio.

Nihil est aliud amare, à quo amicitiae nomen dictum est, nisi velle bonis aliquem affici quamplurimis: etiamsi ad se ex iis nihil redeat. 2. de Finib.

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commodum quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata, & arva, & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est. 1. de Nat. Deor.

Etiamsi nulla sit utilitas ex amicitia, ta-

men ipsi amici propter seipsos amentur. Etenim, si loca, si fama, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra exercendi aut venandi consuetudine ad amare solemus, quantò id in hominum consuetudine facilius fieri poterit, & iustius? 1. de Finibus.

Me ipsum ames oportet, non mea, si verè amici futuri simus. 1. de Finib.

Si fructibus & emolumentis & utilitatibus amicitias colemus, si nulla charitas erit, quæ faciat amicitiam ipsam, suâ sponte, vi sua, ex se, & propter se expetendam: non dubium est quin fundos & insulas amicis anteponamus. 2. de Finib.

Amicitia non sub dubia utilitatis ratione effici solet, sed ipsa ex se oritur, & sua sponte nascitur. 2. de Finib.

Plerique in rebus humanis, nihil quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit: & amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos: ita pulcherrima illa & maximè naturali carent amicitia: nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc vis amicitia: qualis & quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est: quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur. In Lælio.

Est

mil.

Est honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de sua. Cic. ad Brut. Famil. lib. 13.

Multi vitam neglexerunt, ut eos qui his chariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Part. Orat.

In omnibus novis conjunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. Cic. Bruto, Fam. lib. 13.

Cùm in amicitia, quæ honesta non sunt, postulatur: religio & fides anteponantur amicitiae. 3. Off.

Si in hominibus eligendis nos spes amicitiae fefellerit, ut vindicemus, missos faciamus. 4. Act. in Verr.

Amicitias, quæ minus delectant, & minus probantur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præscindere. Cavendum erit igitur, ne non solum amicitiae depositæ, sed inimicitiae etiam susceptæ videantur. Nihil est enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris. 2. Off.

Una ista sit cautio, atque una provisio in amicitia: ut ne nimis citò diligere incipiamus, né venon dignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. In Lælio.

Nihil est, quod studio & benevolentia, vel amore potius effici non possit. Cic. Rut. Famil. 13.

Sine



Sine studio & ardore quodam amoris, in  
vita nihil quicquam sit egregium. 1. de  
Orat.

Tu de amicitia, amicorumque officiis, plura  
lege apud Ciceronem in dialogo, qui Læ-  
lius inscribitur, est enim Cicero  
in ejus laudibus multus.

*Adulatio.*

63

**N**ulla in amicitiiis pestis est major, quam  
assentatio, blanditiæ, adulatio. In Læ-  
lio.

Simulatio, amicitia repugnat maximè:  
delet enim veritatem, sine qua nomen ami-  
citia valere non potest. In Lælio.

Semper augeat assentatio id quod is, cujus  
ad voluptatem dicitur, vult esse magnum.  
In Lælio.

Cavendum est, ne assentatoribus patefa-  
ciamus aures, nec adulari nos sinamus, in  
quo falli facile est: tales enim nos esse puta-  
mus, ut jure laudemur. In Lælio.

Assentatio, quamvis perniciosa sit, nocere  
tamen nemini potest, nisi ei qui eam reci-  
pit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assenta-  
toribus patefaciat aures suas, maximè qui  
ipse sibi assentat, & semaximè ipse delectetur.  
In Lælio.

In obsequio comitas adsit, assentatio vi-  
tiorum adjutrix procul amoveatur, quæ  
non

non modò amico, sed ne libero quidem digna est. In Lælio.

Turpis est assentatio. Ad Attic. lib. 13.

Blanditia, cùm vitiosa sit ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magistratus est necessaria: benevolentiam tamen civium blanditiis & assentationibus colligere turpe est. De petitione Consul.

Mihi hæreditates non honestæ videntur, si sunt blanditiis officiorum, non veritate, sed simulatione acquisitæ. 3. Off.

*Liberalitas.*

64

**L**iberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primùm, ne obstit benignitas & iis ipsis, quibus videbitur benignè fieri, & cæteris. Nam qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neque liberales, sed perniciosi judicandi sunt. Deinde, ne major sit benignitas, quàm facultas: nam qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, primò in eo peccant, quòd injuriosi sunt in proximos. Videre etiam licet plerosque non tam naturâ liberales, quàm quadam gloria inductos, ut benefici videantur facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quàm à voluntate. Tum illud unum considerandum est: ut pro dignitate cujusque tribuatur, in quo mores erunt spectandi ejus, in quem beneficium confertur. 1. Off.

Danda

Danda est opera, ut iis beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum liberis posterisque prodatur memoria. 2. Off.

Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & ( quod aptissimum est ad quietè vivendum ) charitatem. 1. de Finib.

Beneficium & gratia, vincula sunt concordiae. 2. de Fin.

Ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est. 4. in Verr.

Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec irreferenda, ut pateat omnibus. Sequuntur enim largitionem rapinae. Cum enim dandū egere cœperint homines, alienis bonis magnum afferre coguntur, nec tamen studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quantum odia eorum quibus ademerunt. 2. Off.

Cui res erepta est, est inimicus: cui datur est, etiam dissimulat se accipere voluisse. Officiorum.

Benè præcipit Ennius, ut quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, Non prohibere aquam profluentem: Pati ab igno capere ignem: Si quis velit consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt iis utilia qui accipiunt, danti non molesta. Cujus veritas non pudebit subscribere.

Homo qui erranti comiter monstrat viam  
Quasi lumen de suo lumine accēdat



Ut nihilominus ipsi luceat, cùm illi accenderit. 1. Off.

Sunt multi splendoris & gloriæ cupidi, qui eripiunt ab aliis quod aliis largiantur, iiq̃ue arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium. 1. Officiorum.

Propensior liberalitas esse debet in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. Benefacta enim, ut ait Ennius, malè locata, malafacta sunt. 2. Off.

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. 2. Off.

Liberalis est, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimit, aut æs alienum suscipit amicorum causâ, aut in filiarum collocatione adjuvat, aut opitulatur, vel in re quærenda, vel augenda. 2. Off.

Tu si quid requiris amplius, leges primum & secundum Officiorum.

*Prodigus.*

65

**P**Rodigi sunt qui pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam sunt relicturi omninò. 2. Officiorum.

Largitio fundum non habet. 2. Off.

Multi patrimonia sua effuderunt, inconsultè largiendo. 2. Off.

*Sequuntur*

Sequuntur largitionem rapinæ. 2. Off.

Ne eos fideles tibi putes. 2. Officiorum.

In Apophthegm. 72.

*In referenda gratia quales esse  
debeamus.*

**I**N collocando beneficio, & in referenda gratia, hoc maximè officii est, ut quisque in opibus maximè indigeat: ita ei potissimum opitulari: quod contrà fit à plerisque: à quibus enim plurimum sperant, etiam si illis iis non egent, tamen ei potissimum inserviunt. 1. Off.

Quis est qui inopis & optimi viri causa. 2. Off. Vide Corrupti mores. 113.

Acceptorum beneficiorum sunt delectationes habendi: & in primis quo quisque studio, vel benevolentia fecerit, ponderandum est. Multi enim multa faciunt temeritate quadam, sine judicio, vel modo in omnes, vel repentinè quodam impetu animi, quasi vento incitati: quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea, quæ judicio consideratè, constantèque delata sunt. 1. Off.

In referenda gratia (si modò Hesiodo credimus) debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quàm acceperunt. Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus qui jam profuerunt. 1. Off.

Hesiodium illud laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua accipere peris.

peris, aut etiam cumulatiore, si possis. De  
Clariss. Orat.

Leve est onus, beneficii gratia. Pro Plan.

Sera gratulatio reprehendi non solet, præ-  
sertim si nulla negligentia prætermissa est.  
Cic. Curioni, Famil. 2.

Non est æquum, tempore & die memoriã  
beneficii definiri. Ad Quirites post red.

Ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quàm  
beneficii remunerandi: propterea quòd su-  
periore[m] esse contra improbos, minus est  
negotii, quàm bonis exæquari: tum etiam  
ne tam necessarium quidem est malè meri-  
tis, quàm optimè meritis referre quod debe-  
as. Ad Quirites post reditum.

*Aliud pecuniam debere, aliud  
gratiam.*

67

**I**N officio persolvendo, dissimilis ratio de-  
bitæ pecuniæ est: propterea quòd pecuni-  
am qui retinet, non dissolvit, qui reddit,  
non habet: gratiam & qui reddit, habet, &  
qui habet, dissolvit. Ad Quiri. post red.

Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ.  
Nam qui pecuniam dissolvit, statim non ha-  
bet id quod reddidit: qui autem debet, is re-  
tinet alienum. Gratiam autem, & qui refert,  
habet: & qui habet, in eo ipso quod habet,  
refert. Pro Plan.

Commodè dixit, quicumque dixit, Pecuni-  
am qui habeat, non reddidisse: & qui red-  
didit, non habere. Gratiam autem & qui  
retulerit,



retulerit, habere: & qui habeat, retulisse. 2.  
Off.

*Ingratus.*

68

**N**emo gratiarum immemor, est gratus  
inventus. Post reditum ad Senat.

Omnes inmemores beneficii oderunt.

2. Off.

In ingratitude, nihil mali non inest. Ad  
Artic. 8.

Nihil est tam inhumanum, tam immane,  
tam ferum, quàm committere, ut beneficio  
non dicam indignus, sed victus esse videare.  
Pro Planc.

Non solum gratus debet esse qui accepit  
beneficium, verum etiam is, cui potestas ac-  
cipiendi fuit. De provinc. consul.

Cui gratia referri non potest, quanta de-  
betur: habenda tamen est quantam maxima  
animi nostri capere possunt. Philip. 3.

*Fortitudo & magnanimitas.* 39 10 69

**V**iri propria maxime est fortitudo, cujus  
munera duo maxima sunt, mortis do-  
lorique contemptio. 2. Tuscul.

Est fortitudinis proprium & magnitudi-  
nis animi, nihil extimescere, omnia huma-  
na despicere: nihil quod homini accidere pos-  
sit, intolerandum putare. 3. Off.

Fortitudo, est scientia perferendarum re-  
rum, vel affectio animi in patiendo & per-  
ferendo, summæ legi parens sine timore. 4.  
Tuscul.

Fortitudo

Fortitudo est virtus pugnans pro æquitate. 1. Off.

Fortes & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam. 1. Off.

Nemo poterit esse celsus & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parva ducere; nisi omnia bona sibi in se posita censebit. 5. Tus.

Fortes viri, non tam præmia sequi solent, rectè factorum, quàm ipsa rectè facta. Pro Milone.

Est virorum fortium, virtute præstare tantum, ut possint fortunæ culpam non extimescere. Philip. 13.

Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos, non fractum esse fortunam, retinuisse in rebus asperis dignitatem. 2. de Orat.

Est viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse poeniteat. Pro Milone.

Qui magno animo est atque forti, omnia quæ cadere in hominem possunt, despicit, & pro nihilo putat: atque iste vir altus & excellens magno animo, verè fortis, infra se omnia humana ducit. 3. de Finib.

Homines magno animo, erecto quæ viventes, semper sunt beati, qui omnes motus fortunæ, mutationesque rerum & temporum, graves & imbecilles fore intelligant, si in virtutis certamen venerint. 5. de Finib.

Est

Est situ in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucundè ac suaviter meminerimus. 1. de Fin.

Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est: & ea quæ videntur acerba, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est magnæque constantiæ. 1. Off.

Si qui inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes contemnere, eaque quæ iis contraria sunt, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima voce confiteri, se neque fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri, omniaque sibi in se posita, neque esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis. 5. Tus.

Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, cum & mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos luctus morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis, merdiorumque nosse dominos: ut si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è viris quum ea non placent, tanquam ex theatro exeamus. 2. de Fin.

Divitias contemnere: & pro nihilo ducere, magni animi & excelsi est. 3. Off.

Nihil



Nihil est tam angusti animi, tamque parvi, quàm amare divitias. Nihil honestius magnificentiusque, quàm pecuniam contemnere si non habeas: si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemque conferri. 1. Off.

Maximè admiramur eum, qui pecuniâ non movetur, quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitramur, quòd eas res spernit & negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. 1. Off.

Tu plura Off. primo, & de Orat. tertio.

*Contemptores divitiarum.*

70

**M**ulti divitias despiciunt, quos parvo contentos, tenuis victus cultusque delectat. Honores verò, quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil levius existiment. Item cætera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. In Lælio.

Caduca semper & mobilia hæc esse dixi nõ virtutis atque ingenii, sed fortunæ ac temporum munera: quorum ego non tam facultatem unquam, & copiam expetendam putavi, quàm & in utendo rationem, & in carendo patientiam. Pro domo sua.

*Ambitio.*

71

**M**iserrima est omnino ambitio, honorûque contentio. 1. Off.

Maximè adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum,

F

honorum, gloriæve cupiditatem inciderint.  
1. Off.

Quicquid est huiusmodi, in quo non possunt plures excellere: in eo plerumque fit tanta contentio, ut difficillimum sit sanctam servare societatem; difficile est enim, quum præstare cæteris concupiveris, servare æquitatem. 1. Off.

Multi iniqui 3. Off. In Apophth. 81.

Nulla sancta societas. 1. Off. in Apo. 120.

Pestis major esse nulla in amicitiiis potest, quàm in quibusdam honoris certamen & gloriæ: ex quo inimiciæ maximæ sæpè inter amicissimos extiterunt. In Lælio.

Facilimè ad res injustas impellitur, ut quicquid est altissimo animo & gloriæ cupidus. 1. Off.

Complures se scelere contaminarunt imperii cupiditate. 3. Off.

In liberis civitatibus regnandi cupiditate nihil terrius, nihil foedius excogitari potest. 3. Offic.

Cavenda est gloriæ cupiditas: eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. 1. Off.

Timida est ambitio, & sollicita cupiditas Magistratus: omnia non modò quæ reprehendi palam, sed etiam quæ obscurè cogitari possunt, timeamus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle,

molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusque civium, qui nō modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis sæpè fastidiunt. Pro Milone.

*Arrogantia.*

72

**E**X copia, atque rerum omnium affluentia, primò arrogantia nata est. De lege Agr. ad pop. contra Rullum.

Deforme est de seipso prædicare, falsa præferim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. 1. Off.

Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa iageni atque eloquentiæ multò molestissima. Divin. in Verr.

Est minimè inepti hominis, & ejusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant, ut apud Platonem, Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerum incitium fingit, & rudem. De clar. Orat.

*Temeritas & pertinacia.*

73

**O**Mnis actio vacare debet temeritate & negligentia. 1. Off.

Nihil est temeritate turpius, nec quicquam tam indignum sapientis gravitate, & constantia, quàm aut falsum sentire, aut quod non satis exploratè perceptum sit, &



cognitum, sine ulla dubitatione defendere, 1. de Nat. deor.

Nihil est à gravitate sapientis errore, levitate, temeritate disiunctius. 4. Acad.

Nihil sentire est melius, quàm prava sentire. Pro Cluent.

Ut hoc pulcherrimum est vera videre: sic pro veris probare falsa turpissimum est. 4. Acad.

Satius est id ipsum de quo ambigitur, concedere, quàm imprudenter resistere. 1. de Nat. deor.

Quid est tam futile, quàm quicquam approbare non cognitum? 1. Acad.

Insignis est temeritas: cùm aut falsa aut incognita res approbatur. Nec hoc quicquam est turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. 1. Acad.

Quid est stultius, quàm incerta pro certa habere, ac falsa pro veris? Cato Major.

In parum cognitis stultè, & diu perseverare, turpe est. 2. de Invent.

Ne cui rei temerè aut arroganter assensus. 2. de Invent.

Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur, & lubrica. 1. Off.

Temerè affirmare de altero, est periculosum, propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas. Cic. Bruto.

Cavendum est, ne incognita pro cognitibus habere

habeamus, iisque temerè assentiamus, sed adhibeamus ad considerandas res, & tempus, & diligentiam. 1. Off.

Nos refelli, redarguî; patiamur: quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam, destinatisq; sententiis, quasi addicti & consecrati sunt: eaq; necessitate constricti, ut etiâ quæ non probare soleant, ea cogantur cōstantiâ causa defendere. 2. Tusc.

Plerique errare malunt, eamq; sententiam quòd adamaverunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia, quod constantissimè dicatur, exquirere. 4. Acad.

Ut necesse est lancem. 4. Acad. In Simil. 68.  
*Sapè, nulla ratione, quorundam tantum opinionone & autoritate nitimur.* 74

**I**D ratum habent homines, quod ab eo quem probant iudicatum vident. 1. de Nat. deor.

Tuemur ea, quæ dicta sunt ab iis quos probamus. 1. de Finib.

Nō tam autoritatis in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. *Quin* etiam obest plerumq; iis, qui discere volunt, autoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo quem probant, iudicatum vident. Nec verò probare soleo, id quod de Pythagoreis accepimus, quos ferunt, siquid affirmarent in disputando, quum ex eis quæreretur, quare ita esset re-

spondere solitos, Ipse dixit. 1. de Nat. deor.

*Concepta semel opinio &ix deponitur.* 75

**I**mpetrari non potest, quin quale quidque videatur ei, talem quisque de illo opinionem habeat. Cic. Bruto.

Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito evellere. Cic. Quinto fratri.

*Similitudo & exemplum homines plurimum permovere solent.* 76

**D**uo illa nos maximè movent, similitudo & exemplum. 3. de Orat.

Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant homines. C. Servio Sulp. Fam. 4.

*Populus.* 77

**M**aximus magister, populus. 3. Tusculanarum.

Populus sine comparatione probare esse melius non sentit: illud quod est, qualecunque est, probat. De clar. Orat.

Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æffimat. Pro Rosc. Com.

Homines opinione non minus famæ, quàm aliqua certâ ratione commoveri solent. Pro lege Manil.

Fama, & multitudinis judicio moventur homines, ut id honestum putent, quod à plerisque laudetur. 2. Tusc.

In imperita multitudine est varietas, & inconstantia, & crebra tanquam tempestivum, sic sententiarum commutatio. Pro Deo suo sua,



Qui in oculis est multitudinis, tamen illius  
iudicio stare nolit, nec quod illa putat, idem  
putet pulcherrimum. 2. Tusc.

Nos opinionibus vulgi rapimur in errorē,  
nec vera cernimus. 2. de Leg.

Plus apud nos ratio valeat, quàm vulgi o-  
pinio. 1. Parad.

Gravior & validior est decem virorum bo-  
norum sententia, quàm totius multitudinis  
imperitæ. Pro Planc.

Non comitiis iudicat semper populus, sed  
moveretur plerumque gratiâ: cedit precibus, fa-  
cit eos, à quibus est maximè ambitus: deniq;  
si iudicat, non delectu aliquo aut sapientiâ  
ducitur ad iudicandum: sed impetu nonnun-  
quam & quadam etiam temeritate. Non est  
enim consilium in vulgo, non ratio, non discri-  
men, non diligentia: semperque sapientes ea  
quæ populus fecisset, ferenda, non semper  
laudanda duxerunt. Pro Planc.

Nullum fretum, nullus Euripus, tot mo-  
tus, tantas, tam varias habet agitationes flur-  
ctuum, quantas perturbationes, & quantos  
æstus habet ratio comitiorum. Dies inter-  
missus unus, aut nox interposita sæpè pertur-  
bat omnia, & totam opinionem parva non-  
nunquam commutat aura rumoris. Sæpè et-  
iam sine ulla aperta causa fit aliud, atque exi-  
stimavimus: ut nonnunquam ira factum esse  
etiam populus admiretur, quasi verò non, i-  
pse fecerit. Pro Muræna.

Timida est. Pro Milone. Ambitio. 70.

*Libertas.*

78

**L**ibertas, est potestas vivendi ut velis. Is vivit ut vult, qui recta sequitur: qui gaudet officio, cui vivendi via considerata atque provisa est: qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quod salutare maximè judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac liberè: cujus omnia consilia, resque omnes quas gerit, ab ipso profisciscuntur, eodemque feruntur: nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas atque judicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit. Parad. penult.

Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini servit. 4. ad Heren.

Libertatis proprium est, sic vivere, ut velis. 1. Off.

Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat, cui lex imponit, præscribit, jubet, vetat quod videtur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est: si vocat, veniendum: si ejicit, abeundum: si minatur extimescendum. Parad. penult.

Ita præclara est recuperatio libertatis ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Philip. 10.

Bestiæ, quas delectationis causa concludimus,

mus, cum copiosius alantur, quàm si essent liberae, non facile tamen patiuntur sese contineri. 5. de Finib.

Tu plenius vide qui propriè liberi sint, 9  
Parad. penultimo.

*Servitus.*

79

**S**ervitus, est obedientia fracti animi, & subjecti, arbitrio carentis suo. Parad. penult.

Omnibus grave servitutis jugum esse debet in libertate educatis. Antequam iret in exilium.

Nemini animus bene informatus à natura parère debet, nisi præcipienti aut docenti, aut utilitatis causa justè & legitimè imperanti: ex quo animo magnitudo existit, humanarumque rerum contemptio. 1. Off.

Omnis est misera servitus. Philip. 10.

Nihil est fœdus servitute: ad decus & libertatem nati sumus. Phil. 13.

Cum omnis servitus est misera, tum verò intolerabile est servire impuro, impudico, effœminato. Philip. 3.

Mors est servitute potior. Phil. 10.

Mors servituti, turpitudini que anteponenda. 1. Off.

*Exilium.*

80

**E**xilium, est scelerum pœna. Parad. 4.

Exilium ibi est, ubi virtuti non est locus. Pro Milone.



Omnes scelerati & impii, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etsi solum non mutant. Parad. 4.

Exilium terribile est iis, quibus quasi conscriptus est habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum unam urbem esse dicunt. Parad. 4.

Si abesse à patria miserum est, plenæ miserorum sunt provinciæ, ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. 5. Tusc.

Ad omnem rationem Teueri vox accommodari potest. Patria est, ubicunque est bene. 5. Tusc.

Exilium, non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii: nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant: qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem, quàm vitam admitterent, quia nolunt, non adimitur iis civitas, sed ab iis relinquitur: atque deponitur. Pro Cæcin.

Exilium id quod fit propter alienam, & offensam populi voluntatem, malum est. 2. Tusc.

*Fama seruiendum.*

81

**N**on est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & splendorem, & nomen amittas. 3. Offic.

Non est negligenda fama; nec mediocre celum

telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. In Lælio.

Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. 2. Off.

Perditissima ratio est diligere formam, negligere famam. 4. ad Heren.

Ex sententiis omnium nostra fama pendet. In Piso.

Est hominis ingenui & liberaliter educati velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, & futuræ post mortem famæ, etiam detracto usu, consulendum est. 3. de Finib.

Bona existimatio pecuniis præstat. 2. de Oratore.

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. de Divinat.

Danda est diligenter opera, ut hominum aures optimo de nobis sermone compleantur. Nostrum.

*Veritas.*

82

**T**Antam semper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cujusquam hominis ingenio aut arte subverti poterit. Et licet in causis nullum patronū aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur. Ex Orat. in Varin.

O magna vis veritatis! quæ contra ho-

minum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per seipsa defendat. Pro M. Cælio.

Multorum improbitate depressâ, veritas emergit, & innocentiz defensio interclusa respirat. Pro Cluent.

Est interdum ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit, tamen est adhibenda interdum vis veritati, ut eruatur. Pro Quintio.

Homini est propria veri inquisitio atq; investigatio. 1. Off.

Quod verum, simplex, syncerumque est, id est naturæ hominis accommodatissimum, 1. Offic.

Veritas odium parit. In Lælio.

*Qua valeant ad fidem faciendam, & quibus maximè credamus.* 83

**I**N suadendo nihil est optabilibus, quàm dignitas. 2. de Orat.

Genus hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur habere gravitatis. In Lælio.

Opulentos homines, & ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putamus. Non rectè fortasse: sed vulgi opinio vix mutari potest. In Topicis.

*A quibus verum auditur.* 84

**P**ueritia, somnus imprudentia, vinolentia, insania, ejus generis sunt, ex quibus sapif-



ſapiffimè verum auditur. In Topicis.

*Multa fingantur, ut iis tanquam rebus  
gestis moveamur.* 85

**F**It plerumque, ut ii, qui boni aliquid vo-  
lunt afferre, effingant aliquid, quo fa-  
ciant id, quod nuntiant, lætius. Philip. 1.

Conficta sunt multa à poëtis, ut effectos  
nostros mores in alienis personis, expressam-  
que imaginem vitæ quotidianæ videremus.  
Pro Rosc. Amer.

*Mendacium.* 86

**T**ollendum est ex rebus contrahendis o-  
mne mendacium. 3. Off.

In virum bonum non cadit mentiri,  
emolumenti sui causa. 3. Off.

Quum iudici. 3. Off. Vide Judex. 33.

Nihil est turpius vanitate. 1. Off.

Sordidi putantur qui mercantur à merca-  
toribus quod statim vendant: nihil enim pro-  
ficiunt, nisi admodum mentiantur. 1. Offic.

*Mendacio & mendaci nulla fides.* 87

**Q**ui semel à veritate deflexit, hic non  
majore religione ad perjurium, quàm  
ad mendacium perducitur consuevit. Et  
quæ pœna à Diis immortalibus perjuro, hæc  
mendaci constituta est. Non enim ex pactio-  
ne verborum, quibus jusjurandum compre-  
henditur, sed ex perfidia ac malitia, per quã  
insidiæ tenduntur alicui, dii immortales i-  
rasci ac succensere cōsuerunt. Pro Rosc. Com.

Ubi quis semel peccaverit, ei credi postea.

etiamsi per plures deos juret non convenit.  
Pro C. Rab. Posth.

Non ex libidine, aut similitate, aut levitate testium, causæ honestorum hominum ponderari debent. Pro Sylla.

Eminentur sæpe homines in eos quos oderunt. In Par. Ora.

Si qui ob emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, iis credere non convenit. Pro Font.

Authoritatem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adungere. 2. de Divin.

*Non Verbis, sed facto probamur.* 88

**O**mnis virtus in actione consistit. 1. Offic.

Non paranda nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est. 1. de Finib.

Non procacitate linguæ, vitæ sordes eluuntur. Cic. in Sallust.

Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia: resque spectari oportet, non verba s. Tusc.

Virtus, integritas, probitas in homine non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Pro Plancio.

Ea magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere: atque ita vivere, ut omnis oratio moribus consonet. Cic. In Sall.

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. Cato Major.

Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio: atque cæteri existimantur dicere melius, quàm facere, quum sit melius facere, quàm dicere. 2. de Finib.

Sunt qui quum populi non solùm commoda, verum etiam salutem oppugnent, & impediant: oratione assequi volunt ut populares esse videantur. Ut C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset: & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. 3. Tuscul.

Epicurus tantummodo induit personam philosophi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit, cum non multum differret à iudicio ferarum: præsertim quum omne malum dolore definiat, bonum voluptate. 5. Tuscul.

Cum philosophorum vita mirabiliter pugnat oratio. 2. Tuscul.

In philosophia. Orat. ad Brut. Vide Philosophia. 17.

Non est satis judicare. 1. de Finib. Vide Consilium rem præcurrat. 27.

Plus in negotiis gerendis res, quàm verba prosunt. 4. Acad.

Sunt facta verbis difficiliora. C. ad Q. frat.

Est alienum viro, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. 3. Off.

Quid verba audiam, quum facta videam? 3. Tuscul.

Qui suos casus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm



quàm ferè plerique qui avari avaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt. 3. Tusc.

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur se tenere medicinæ scientiam, seipsum curare non possunt. Sed potius aliis quæ tute præcipere soles, ea tibi subijce, atque apud animum propone. Servius Cic. Fam. 4.

Tu qualis es, talem te esse existimes, ut quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate sejungas. Deinde ut ea in alterum ne dicas, quæ cùm tibi falsò responsa sint, erubescas. Pro M. Cælio.

*Non ætas in homine, sed Virtus  
consideranda.*

89

**N**on cani, non rugæ repenti authoritatem afferre possunt, sed honestè acta superiore ætas fructus autoritatis præbet extremos. Cato major.

Virtutis, quàm ætatis, cursus celerior. 5. Philipp.

*Sermo et oratio.*

90

**V**erba inventa sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. Pro A. Cæcin.

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. 1. de Leg.

Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis. 1. Offi.

In primis provideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maxime

mè tum solet evenire, cùm studiosè de absentibus detrahendi causa, aut perridiculū, aut severè aut maledicè, contumelioseque dicitur. 1. Offic.

Quoties aliquid aut dicim⁹ aut loquimur, toties de nobis judicatur. 1. de Orat.

Moderari animo & rationi. Cic. ad Q. frat. vide Appetitus. 50.

Diligentissimè linguam continere, mihi virtus interdum non minor videtur, quàm omninò non irasci. Cic. ad Q. frat.

Id ipsum dicere nunquam est nō ineptum, nisi quum est necessarium. 1. de Orat.

Habent suum modum quæcunque opportuna dicuntur. 3. de Finib.

Tacere noli ubi non oportet. Pro Rosc. Comæd.

Non est necesse omnium flagitia proferre. Pro Milo.

Sæpè grāvius offendunt animos auditorū, qui aliena flagitia apertè dicunt, quàm qui committunt. Cic. in Sallust.

Homines notissimos sumere odiosum est, quum & illud incertum sit, velintne hi sese nominari. Pro Rosc. Amer.

Debemus considerare. Orat. ad Brut. Vide Circumstantia. 121.

Alia est ratio. Pro M. Cælio. Vide Circumstantia. 121.

Cavendum est, ne quid agendo, faciendó-  
ve fa-

ve facias, cujus imitatio rideatur. de Clar. Oratorib.

Fit nescio quo pacto. 1. Off. Vide Aliena & videmus. 145.

Oratio debet esse ornatior sententiis, quâ verbis. Part. Orat.

Non tam copia quàm modus in dicendo quarendus est. Pro leg. Man.

Decorus est sermo senis, quietus, & remissus, facitquè persape sibi audientiam diserti senis compta oratio & mitis. Cato Major.

Difficile est dictu, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasque sermonis 2. Off.

Sermo familiaris quatenus moderandus sit, lege plenius primo Officior. cap. Et quoniam, cum sequent.

*De nobis in neutram partem loquendum.*

**M**Inimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque judicare, ac sentire potest. 3. de Orat.

Nemo de se satis honestè, ac sine multorum invidia loqui potest. Cic. in Vatrin.

Ut verecundius ipsi de se omnes scribant, necesse est, si quid est laudandum: & prætercant, si quid reprehendendum est, accedit etiam ut minor sit fides, minor autoritas. Cic. L. Lucejo. Famil. 5.

*Multis*



*Multis doctrina non deest sed oratio.* 92

**F**leri potest ut rectè quis sentiat : & id quod sentit, politè eloqui non possit. 1. Tuscul.

Sunt qui se ita literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucemque proferre. Pro Arch. Poëta.

Sunt quidam aut ita linguâ hæsirantes, aut ita voce absoni : aut ita vultu, motuque corporis vasti atque agrestes, ut, etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in doctorum numerum venire non possint. Sunt a. quidam, ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. 1. de Orat.

*Sinistri quidam laudatores.* 93

**S**unt qui nihil laudant, nisi quod se imitari posse confidunt. 2. Tusc.

Nunc tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Orat. ad Brut.

Est iniqua, in omni re accusanda, prætermisissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque se lectio. 3. de Leg.

Est liberum, alterum laudare, de quo, quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut invidiæ assignetur. Cæcinna Ciceroni, Famil. 6.

*Invidia.* 94

**I**nvidentia, est ægritudo ex alterius rebus secundis. 3. Tusc.

Virtutis comes invidia plerunque bonos infectatur. 4. ad Herenn.

Latè patet hoc vitium, & est in multis, invidere scilicet. Cic. Appio Pulch. Fam. 3.

Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. De Clar. Orat.

Plerique sunt invidi, maximeque est hoc commune vitium & pervagatum: invidetur a. præstanti florentique fortunæ. 2. de Orat.

Invident homines maximè paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse: sed etiam superioribus invident sæpè vehementer, & eò magis, si intolerantius se jactant, & æquabilitatem communis juris, præstantia dignitatis, aut fortunæ suæ transeunt. 2. de Orat.

In judiciis invidia imbecillis esse debet: nihilque homini est tam timendum: quàm invidia: nihil innocenti suscepta invidia tam optandum, quàm æquum judicium. Pro Cluent.

Invidia summus ordo caret. 3. de Legib.

Invidia, virtute parata, gloria, non invidia putanda est. 1. Inveſt. in Catil.

*Ira.*

**I**Ra (ut inquit Ennius) est initium insaniz. 4. Tusc.

Prohibenda est maximè ira in puniendo. Nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum: cavendum est i-  
gitur

gitur ne major sit pœna, quàm culpa. 1. Off.

Omnis animadversio & castigatio, contumeliâ vacare debet. 1. Off.

Monitio acerbitate, & objurgatio contumeliâ careat. In Lælio.

Non sunt audiendi qui graviter irascendū inimicis purant. 1. Off.

Objurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse & vocis contentione majore & verborū gravitate acriore: atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est ipsius id causa, qui objurgetur, susceptum esse. Id agendum etiam est, ut ne ea facere videamur irati: sed ut ad urendum & secandum, sic ad hoc genus castigandi raro, invitiq̃ue veniamus: nec unquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil consideratè potest. 1. Off.

Semper ira procul absit, cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, neque iis qui adsunt probari. 1. Off.

Propriū est irati, cupere à quo læsus videat, eiquàm maximum dolorem inurere. 1. Offic.

Non est in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinamur, diffimulatio vel opinio. 3. Tusc.

Difficile est tacere, cum doceas. Pro Syl.

Omnes



Omnes læsi dolent, irati effervunt. Pro Marc. Cælio.

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac boni viri difficillime possunt. Ex 5. act. in Verr.

Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dat & tribuit. Ad Attic. lib. 4.

Leviora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ præmeditata atque preparata inferunt. 1. Off.

Tu plura in eo libro, quæ ad hanc sententiam pertinent, leges.

*Timor, & metus.*

96

**R**erum omnium nec aptius est quicquam 2. Off. Vide Amicitia. 66.

Charum esse civem Philip. 1. Vide Amic. 66.

Benevolentia vis est maxima, metus imbecillis. 2. Off.

Nulla vis imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. 2. Off.

Multorum odiis nullæ opes possunt obistere. 2. Off.

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisille experit. 2. Off.

Oderunt, dum metuunt Philip. 1.

Timor, non diuturni magister est officii. Philip. 2.

Malus est custos diuturnitatis metus: contraque, benevolentia fidelis est ad perpetuitatem: id igitur amplectamur, ut metus absit, charitas retineatur. 2. Off.

Mil-

Millies perire est melius, quàm in sua civitate sine armorum præsidio non posse vivere: præsidium charitate & benevolentia civium septum oportet esse, non armis. Philip. 2.

Tu plenissimè secundo Offic. cap. Rerum  
autem omnium.

*Gravior est plerumq; metus, & gravior afficit,  
quàm res ipsa qua timetur.* 97

**P**lus in metuendo est mali, quàm in eo ipso quod timetur. Cic. A. Torq. Famil. lib 6.

Major est ea vis, quæ periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe, & certo de statu dimovet, quàm quæ ad corpus nostrum, vitamque pervenit. Itaque saucii sæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relinquunt locum, quem statuerunt defendere. Atque alii pelluntur integri: ut non dubium sit, quin major adhibita vis ei sit, cujus animus sit perterritus, quàm illi, cujus corpus vulneratum sit. Pro A. Cecin.

Exercitus maximi sæpe pulsi ac fugati sunt terrore ipso, impetuque hostium, sine cujusquam non modo morte, verum etiam vulnere. Pro Cecin.

Magna est stultitia, id ipsum quod verearis, ita cavere, ut cum vitare fortasse potuerit, ultro accersas & attrahas. Cic. Bruto.

Omnes

Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant quod possit is, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat, facere. Pro Lege Manni.

Nos omnia tum venientia metu augentes, tum mœrore præsentia, rerum naturam, quæ errorem nostrum damnare malumus. 1. Tuscul.

*Quod futurum est, vitari non potest.*

**E**ffugere nemo potest quod futurum est. Et sæpè utile est non scire quod futurum sit. Miserum est enim nihil proficientem angere. 3. de Nat. Deor.

Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua procuracione accidere, ne fiat. 2. de Divinat.

*Factum infectum esse non potest.*

**Q**uod semel jam missum est, coërceri, revocari, primique non potest. 1. de Finib.

Præterita mutare non possumus. In Pison.

Non potest dies esse sapius, qui semel fuerit. 2. de Finib.

De præteritis non est quærendum. Cic. Curioni, Famil. lib. 7.

*Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.*

**E**t si optabilius est vitæ cursum conficere sine dolore & injuria: tamen ad immortalitatem gloriæ, plus adfert desiderium.



tum esse à suis civibus, quàm omninò nunquam fuisse violatum. Pro domo sua.

Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Cic. Lucejo, Fam. lib. 5.

Jucunda est memoria præteritorum malorum. 2. de Finib.

Suavis est præteritorum malorum memoria. 2. de Finib.

Jucundi sunt acti labores. 2. de Finib.

Non tam cumulus bonorum jucundus est, se potest, quàm molesta decessio, 1. Tus.

*Ullum vix laborem subimus, nisi proposito premio, aut gloria.* 101

**N**emo nostrum in Reipublicæ periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuq; ducatur. Pro Cajo Rabirio.

Vix invenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. 1. Off.

Pro sua patria pauci, post genus hominum nati reperti sunt, qui nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis objicerent. Pro Cajo Rabirio.

*Omnes utilitate moventur.* 102

**O**mnes expetimus utilitatem, ad camque rapimur: nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? 3. Off.

Cum aliqua species utilitatis objecta est, nos commoveri necesse est. 3. Off.

Nemo est quin putet expetendam maxime dignitatem, sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor: ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. 2. de Orat.

Cum utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, fit ut distrahatur deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. 1. Off.

Hæc res plus proficit, si proponatur spes utilitatis futuræ, quam præteriti beneficii recordatio. 2. de Orat.

*Alterum ne laferis, tibi ut prosis.* 103

**Q**ui alteri exitium parat, cum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem. 2. Tusc. *multa sunt*

Quod cuique obtigerit, id quisque teneat: cò si quis plus appetet, violabit jus humanæ societatis. 1. Off.

Animadvertamus, cum alios juvare velimus, ne quos offendamus. Sæpe enim, aut eos lædimus, quos non debemus: aut eos, quos non expedit. Si imprudenter, negligentia est: si scienter, temeritatis. 2. Off.

Res familiaris quæri debet iis rebus, a quibus abest turpitudine: conservari autem diligentia & parsimonia. Iisdem etiam rebus augeri. 2. Off.

Nostre utilitates nobis omittendæ non sunt, aliisque tradendæ, cum ita ipsis egemus.

mus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, serviendum est. 2. Off.

Alienum est à justitia, ad quam nati esse videmur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat, 2. de Finib.

Non est permissum, ut impunè nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. 4. Act. in Verr.

Ut si unumquodque membrum. 3. Offic. In Similib. 5.

Suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alterius commodis detrahendum. 3. Off.

Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non est vituperanda, sed fugienda semper injuria. Sed detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque verò hoc solum naturâ, id est jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus Republicæ continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa, nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem. 3. Off.



Tu plenissime leges tertio Officiorum  
quatenus commodis propriis  
sit inserviendum.

*Promissa servanda.*

- 104

**P**acta semper & promissa servanda sunt,  
quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt, illa  
servanda non sunt, quæ non sunt iis ipsis  
utilia, quibus illa promiseris. 3. Off.

Illis promissis standum non est, quæ co-  
actus quis metu aut deceptus dolo promise-  
rit. 1. Off.

Promissa non sunt servanda iis quibus pro-  
miseris, inutilia si sint: nec si tibi plus no-  
ceant, quàm illi prosint, cui promiseris. 1.  
Off.

Scelerum promissio, & iis qui expectant,  
perniciosa est: & iis qui promittunt. Phil. 8.

Semper in fide quid senseris, non quid di-  
xeris, cogitandum est. 1. Off.

Quod affirmativè, quasi, Deo teste, pro-  
miseris, id tenendum est. 1. Off.

Quod ex animi tui sententia, juraveris, id  
non facere perjurium est. 3. Off.

Quod ita juratum est, ut mens concipe-  
ret fieri oportere, id servandum est: aliter,  
si non feceris, nullum perjurium est. 3. Off.

*Conscientia.*

**C**onscientiæ grave pondus. 3. de Natura  
Deorum.

Nullum theatrum virtuti conscientia  
majus est. 2. 1. us.

Con-

Conscientiam à diis immortalibus accepimus, quæ à nobis avelli non potest. Pro Cl.

Si optimorum conciliorum atque factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate vivemus. Pro Cluentio.

Conscientia rectæ voluntatis, maxima consolatio est rerum incommodarum. Cicero A. Torquato; Famil. lib. 6.

Vacare culpa, maximum est solatium. Cic. M. Mario, Famil. 7.

Nihil est melius, quàm memoria rectè factorum; & libertate contentum, negligere humana. Cic. Brutus.

Conscientia benè actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, jucundissima est. Cato Major.

Magna est vis conscientiæ in utranque partem: ut neque timeant, qui nihil commiserint, & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. Pro Milone.

Ego semper hac opinione tractus fui, ut cum qui nihil commiserit, sibi nullam poenam timere existimarem. In Vatini.

*Bonum.*

106

**Q**uod rectum, & honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum. Parad. 1.

Tria sunt genera bonorum: maxima, animi: secunda corporis: externa tertia. 3 Tuf.

Alia sunt in homine optanda, alia lau-

danda. Genus, forma, vires, opes, divitiæ, ceteraque quæ fortuna dat, aut extrinsecus, aut corpori: non habent in se veram laudem, quæ deberi uni solum virtuti putatur: sed tantum quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione, maximè cernitur. 2. de Orat.

Nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. Cic. Att. lib. 10.

Quicquid est quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod verò approbaris, id gratum, acceptumque habendum. 5. Tusc.

Non sunt dicenda bona illa, quibus abundantem licet esse miserrimum. Parad. 1.

Bona non sunt, quæ quis habeat, & miserrimus esse possit. 5. Tusc.

Nec bonum est illud, quod aut cupias ardentè, aut adeptus, te efferas insolenter. 4. Tusc.

Divitias, quia quivis, quamvis indignus, habere potest, in bonis non numero. 2. Tusc.

Neque pecuniæ, neque recta magnificæ, neque opes, neque imperia, neque ea quibus maximè astricti sunt, voluptates in bonis rebus aut expetendis numerandæ sunt: quippe homines iis rebus affluentibus, ea desiderant, maximè quibus abundant. Philip. 1. Bias, Parad. In Apophth. 65.

Plura



Plura primo Academicarum, tertio Tusculanarum, Paradox. 1. & in lib. de Finibus bonorum & malorum, legere potes.

*Vir bonus.*

107

**V**ir bonus est, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini. 3. Off.

Vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. 3. Offic.

Homo frugi, omnia rectè facit. 4. Tusc.

Fas nec est, nec unquam fuit, quicquam, nisi pulcherrimum, facere, eum qui esset optimus. 2. Offic.

Vir bonus, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Itaque in virum bonum non cadit mentiri, emolumentum sui causâ, criminari, præripere, fallere. De Univers.

Non est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expetendum: ut viri boni & splendorem & nomen amittas. 3. Offic.

Neque contra Remp. 3. Offic. Vide de Judice. 35.

Probus invidet nemini. De Univers.

Ut quisque est vir optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur. Cic. ad Q. frat.

Omnes boni, beati. 3. de Finib.

Quum sapiens, & bonus vir. 5. Tusc. De Sapiencia. 13.

Nec bono quicquam mali evenire potest, nec vivo, nec mortuo: nec unquam ejus res à diis immortalibus negligentur. 5. Tusc.

Qui omnibus bonis instructi sunt & ornati, tum sapientes, tum viri boni dicuntur. 5. Tusc.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, impii sæpè parvo. Pro Milone.

Sancti viri, & religionem colentes, sunt, qui meritum diis immortalibus, gratiam justis honoribus & meritis, & memori mente persolvunt. Pro Plancio.

Omnes viri boni æquitatem & jus ipsum amant. Nec est viri boni errare, & diligere quod per se non sit diligendum & colendum. de Leg.

Nemo est omninò negligendus, in quo aliqua virtutis significatio appareat. 1. Offic.

*Beatus.*

**B**eatius esse sine virtute nemo potest. 1. de Nat. deor.

Tunc erimus beati. 1. Tusc. In Piis sententiis. 66.

Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut minus lætabile ad efferendum, videri potest. 4. Tusc.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adjuncto malo. 5. Tusc.

Beati sunt, quos nulli metus terrent, nulla ægritudines exedunt, nulla libidines cruciant.

ciant, nullæ fuitiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. 5. Tusc.

Vir temperans, constans, sine meru, sine agitudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est beatus. 5. Tusc.

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, qui que in se uno suo ponit omnia. Cui autem spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi: nihilquæ quod exploratum habeat permansurum sibi, ne unum quidem diem. In Parad.

Nisi stabili, & fixo, & permanente bono, beatus esse nemo potest: nihil enim inveterascere, nihil extinguere, nihil cadere debet eorum, quæ in vita beata consistunt. Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. 5. Tusc.

Qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beator: si est enim quiddam quod desit, ne beatus quidem est. 5. Tusc.

Beatus esse maximarum rerum timore nemo potest. Nemo igitur esse beatus potest, neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata duci solet. Nec appellatur omninò vita beata, nisi confecta atque absoluta, nec enim potest aliàs quisquam beatus esse, aliàs miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam cum semel est suscepta beata vita, tam permanet, quàm ipsa illa effeatrix beatæ vi-



ta sapientia: nec expectat ultimum tempus  
 ætatis, quod Cræso scribit Herodotus præ-  
 ceptum esse à Solone. De Finib. 2.

Est verè fortunatus ille, cujus ex salute  
 non minor penè ad omnes, quàm ad illum,  
 cui ventura sit læticia, pervenerit. Pro M.  
 Marc.

Omne beatum est, cui nihil deest: &  
 quod in suo genere expletum atque cumu-  
 latum est: idque virtutis est proprium. s.  
 Tusc.

Reliquas tu lege secundo Paradoxo & Tus-  
 culanarum libro quinto.

*Miser.*

**P**restans valetudine, viribus, formâ, ac-  
 cerrimis integerrimisque sensibus, et  
 jam si libet, velocitatem dâ, divitias, ho-  
 nores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is qui  
 hæc habeat, injustus, intemperans, timidus,  
 hebeti ingenio, atque nullo, is erit profectò  
 miserrimus. s. Tusc.

Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non  
 modò impunè, sed etiam cum summa inter-  
 fectoris gloria interfici possit. Philip. 1.

Cui vita potest esse utilis, quum ejus vi-  
 tæ conditio sit, ut qui illam eripuerit,  
 maxima & gratia futurus sit, & gloria?  
 Offic.

Ita vivere, ut non sit vivendum, miserrimum  
 est. Cic. Cajo Mario, Famil. 7.

*Impii semper cruciantur.*

110

**S**ua quæque fraus, & suus error maximè vexat, suum quæque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ, domesticæque furia, quæ dies noctesque pœnas à sceleratissimis repetunt. Pro Rosc. Amer.

Sua quæque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. In Pisonem.

Non ob ea solum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugienda improbitas est: sed multò etiam magis quòd curus in animo versatur, nunquam finit eum respirare, nunquam acquiescere. 1. de Finib.

Si qui satis opibus hominum, contra conscientiam septi esse, & muniti videntur: deorum tamen numen horrent, easque, ipsas solitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur: à diis immortalibus supplicii causa importari putant, 1. de Finib.

Morte, dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicii, hominum miseras ponderamus, quæ fateor humana esse & multis bonis viris accidisse. Sceleris etiam pœna tristis: & præter eos eventus qui sequuntur, per se ipsa maxima est. 2. de Legibus.

Animi conscientia improbi cruciantur:

G. 6.

x  
qui vis

tum etiam poenæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. 2. de Finib.

Si impietas improbè molita quidpiam est, quamvis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id semper fore occultum. Plerumque enim improborum facta primò suspicio insequitur; deinde sermo atque fama: tum accusator: tum iudex: multi etiam ipsi se indicant. 1. de Finib.

Omnibus, quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis talis terror impendet. 4. Tus.

Eorum animi qui se corporis voluptatibus dederunt. Somn. Scip. In piis sententiis. 61.

Improbo nemini benè potest esse. Par. 2.

Impii poenas luunt, non tam iudiciis (quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt) quàm angore conscientiarum, fraudisque cruciatu. 1. de Leg.

Impiis apud inferos sunt poenæ preparatæ. 1. de Invent.

Impii apud inferos poenas luunt. Philip. 14. in Piis sententiis. 76.

Tu plenissimè leges Paradoxo secundo, quibus curis scelerati conficiantur.

*Sceleratorum & latronum beneficium.* 111

**N**ullum est aliud latronum beneficium, nisi ut commemorare possint, iis se vitæ dedisse, quibus non ademerint. Phil. 27.



*Impius meritō, & Tyrannus jure per-*  
*cuti, occidīq; possunt.* 112.

**I**nsidiatori & latroni non potest afferri in-  
 justa nex. Pro Milone.

Non se obstrinxit scelere, si quis tyran-  
 num occidit, quamvis familiarem. 3. Off.

Quem discordiæ, quem cædes civium,  
 quem bellum civile delectat: eum ex nu-  
 mero hominum ejiciendum, ex finibus hu-  
 manæ naturæ censeo exterminandum. Phi-  
 lip. 13.

Nulla nobis cum tyrannis societas est, sed  
 summa potius distractio: neque est contra  
 naturam spoliare eum, quem honestum est  
 necare. 5. Tus.

*Corrupti mores.* 113.

**A** Multis ipsa virtus contemnitur, & ven-  
 ditatio quædam, atque ostentatio es-  
 se dicitur. Phil. 13.

Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesq;  
 hæ virtutes, quæ in communitate cernuntur,  
 & in societate generis humani. 3. Off.

Virtuti & gloriæ maximè invideri solet.  
 2. de Orat.

Jam pudori, probitati, virtuti, rectis stu-  
 diis, bonis artibus nihil est loci. Cic. Titio  
 Famil. 5.

Est hujus seculi labes quædam & macula,  
 virtuti invidere, velle ipsum florem dignita-  
 tis effringere. Pro Corn. Balbo.

Durior est conditio spectatae virtutis, quam incognitae. Brut. Cic.

Cujus est spectata multis, magnisque rebus singularis integritas, minus admirabilem facit honestissimi facti gloriam. Phil. 2.

Sapientia & magnitudo animi, qua omnes res humanae geruntur, tenues, & pro nihilo putantur. 2. de Orat.

Videmus quanta sit in invidia; quantoque in odio apud quosdam homines nobiles, novorum hominum virtus & industria, si tantulum oculos dejecerimus: praesto esse insidias: si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimini, accipiendum esse statim vulnus, esse nobis semper vigilandum, semper laborandum videmus. Inimicitiae sunt? subeantur: labores? suspiciantur: etenim tacitae magis & occultae inimicitiae timendae sunt, quam indictae & apertae.

Hominum nobilium non ferè quisquam nostrae industriae favet: nullis nostris officiis benevolentiam illorum allicere possimus: quasi naturae & genere disjuncti sint, ita diffident à nobis animo ac voluntate. 7. act. in Verr.

Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis. Pro Planc.

Ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia & audacia, quam cuiusquam virtus & integritas. 3. act. in Verr.

Quis est qui inopis & optimi viri causam, non

non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? A quo enim expectatur, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. 2. Off.

Fraudis atque insidiarum & perfidia plena sunt omnia. De pet. conf.

Largitione corrupta sunt suffragia. 3. de Legib.

Ingentes divitiæ. 2. act. in Verr. Vide Judex. 35.

Malè se res habet, cum id quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. 2. Off.

Qui opibus plus valent, etiam autoritate plus possunt. Cic. Lentulo. Fam. 1.

Hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. In Lælio.

Omnes qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias, quàm officio paupertatem tueri. 2. ad Heren.

Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. 1. de Invent.

Sunt homines, qui rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem, malitiamque convertunt. 3. de Nat. deor.

Sunt homines, quos libidinis, infamiaeque suæ neque tædeat, neque pudeat: qui quasi de industria in odium, offensionemque populi irruere videantur. 2. act. in Verrem.

Sunt quidam non re, sed nomine homines. 1. Off.

O super



O superbiam in auditam, in facinore gloriar! Cic. Bruto. Fam. 11.

Est in quibusdam tanta perversitas, ut inventis frugibus, glande vescantur. Orat. ad Brut.

Quidam habent aures tam inhumanas, tamque agrestes, ut ne doctissimorum quidem virorum eos movere possit autoritas. Orat. ad Brut.

*Consuetudo.*

114

**M**axima est vis vetustatis & consuetudinis: non modò in hoc quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata consuetudo valet, cum locis etiam ipsi montuosis delectemur & sylvestribus, in quibus diutius commorati sumus. In Lælio.

Consuetudinis magna est vis: pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. 2. Tusc.

Consuetudo laborum, perpeffionem dolorum efficit faciliorem. Nam ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. 2. Tusc.

Qui multa sunt sæpè perpeffi, faciliùs ferunt quicquid accidit, obduruiffeque sese contra fortunas arbitrantur. Ut ille apud Euripidem.

Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies  
Nec tam ærumnoso navigassem salo:  
Esset dolendi causa, ut injecto equulei  
Freno, repente tactu exagitantur novo.

Sed

Sed jam subiectus miseriis obtorpui. 3. Tus.

Corruptela malæ consuetudinis, igniculi  
extinguuntur à natura dati, exoriunturque  
& confirmantur vitia contraria. 1. de leg.

Non ingenerantur hominibus mores tam  
à stirpe generis & seminis, quam ex iis rebus  
quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudi-  
ne suppeditantur. De Leg. Agr. ad pop. con-  
tra Rul.

O consuetudo peccandi, quantam habes  
jucunditatem in improbis & audacibus, cum  
pœna abfuit, & licentia consecuta est! 5. in  
Verr.

Magna est illecebra peccandi, impunitatis  
spes. Pro Mil.

Consuetudo peccandi, maleficii suscipien-  
di remouet dubitationem. 2. ad Herenn.

Quotusquisque reperitur, qui impunita-  
te & ignoratione omnium proposita, absti-  
nere possit injuria? 3. Off.

Omnes religione moventur, & deos pa-  
trios, quos à majoribus acceperunt, colen-  
dos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur.  
6. act. in Verr.

*Repentina graviora.*

115

Videntur omnia repentina graviora. Nam  
præmeditatio futurorum malorum le-  
nit eorum adventum, quæ venientia  
longè antè videris. 3. Tus.

Nam qui hæc audita à docto meminissem  
viro. 3. Tus. In Apoph. 129.

Non

Non est dubium quin omnia quæ mala putentur, sint improvisa graviora. 3. Tusc.

Quoniam multum potest animi provisio & preparatio ad minuendum dolorem, sine semper omnia homini humana præmeditata. 3. Tusc.

Quod possit accidere, diu cogitare oportet: hæc cogitatio una maximè omnes molestias extenuat & diluit. 3. Tusc.

Hostium repentinus adventus, magis alioquantò conturbat, quàm expectatus: & maioris subita tempestas, quàm antè provisæ, terret navigantes vehementius. 3. Tusc.

Tu plura tertio Tuscul. legere potes.

*Sæpè bonum est ignorare quid futurum est.*

**S**æpè utile est non scire quid futurum sit. Misericordius enim nihil proficientem arguit. 3. de Nat. Deor.

At hoc ne homines quidem probi faciunt, ut amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi nullo modo effugere possunt. 2. de Divin.

*Rem carento, magis, quàm fruendo, quid valeat, cognoscimus.*

**G**ravitas morbi facit, ut medicina egeremus: eaquæ nunc appareat, cujus viam non sentiebamus, quum valebamus. C. ec. Varroni, Fam. 9.

*Amicitia*



Amicitia, consuetudines, vicinitates, quid habeant voluptatis, carendo magis intelligimus, quàm fruendo. Ad Quir. post Red.

*Homo.*

118

**H**omines mortales sunt. 1. de Nat. Deor. Omnia aliorum causa sunt generata, ut fruges atque fructus, quos terrae gignit animantium causa; animantes autem hominum, ut equum vehendi causa, arandi bovem, venandi & custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum & imitandum. 2. de Natura deorum.

Homines hominum causa sunt generati, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent. 1. Officiorum.

Proximè & secundùm Deum, homines hominibus maximè utiles esse possunt. 2. Off.

Hoc natura praescribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam tantùm quòd is homo sit, consultum velit. 3. Off.

Sic nos nati videmur, ut inter omnes esset societas quædam. In Lælio.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. 3. Off.

Oportet hominem ab homine, ob hoc ipsum quòd homo sit, non alienum videri. 3. de Finib.

Impellimur natura, ut prodesse velimus quàm plurimis, in primis quæ docendo, rationibusque prudentiæ tradendis. Itaque

non

non facile est invenire, qui quod sciat ipse  
non tradat alteri. Ita non solum ad discendum  
propensi sumus, verum etiam ad docendum  
2. de Finib.

Ut magnas utilitates adipiscimur consi-  
deratione hominum atque consensu: sic nu-  
tam detestabilis pestis, quæ non homini  
homine nascatur. 2. Off.

Duplex est natura generis humani,  
præstantius genus est eorum qui sunt viri.  
universi.

Hominum duo sunt genera: alterum in-  
ctum & agreste, quod antefert semper uti-  
tatem honestati: alterum expolitum, quod  
rebus omnibus dignitatem anteponit. Itaque  
huic generi laus, honos, gloria, fides, justitia  
omnisque virtus: illi autem alteri, quæstus  
molumentum, fructusque proponitur: atque  
jam voluptas, quæ est maximè inimica viri-  
tati, bonique naturam fallaciter imitando ad-  
terat: quàm immanissimus quisque acer-  
mè sequitur, neque solum honestis rebus  
sed etiam necessariis anteponit. In Part.

Hoc solum animal homo natum est, solum  
doris ac verecundiæ particeps, appetens con-  
junctionem hominum ac societatem, animus  
advertensque in omnibus rebus quas agere  
aut diceret, nequid ab eo fieret, nisi honestas  
& decor. 4. de Finib.

*Hominum similitudo non ex corporis forma  
sed animorum quarendæ est.*

Nihil est unum uni tam simile, tam par,  
quàm omnes inter nosmetipsos sum<sup>9</sup>. Quòd  
si depravatio consuetudinum, si opinionum  
varietas, non imbecillitatem animorum  
torqueret & flecteret quocunque cœpisset:  
sui nemo ipse tam similis esset, quàm om-  
nes essent omnium. Itaque quæcunque est  
hominis definitio, una in omnes valet, quod  
argumenti satis est, nullam dissimilitudinem  
esse in genere: quæ si esset, non una omnes  
definitio contineret. 1. de Leg.

Homini natura præscribit, ut nihil pulcri-  
us, quàm hominem putaret: est enim vis  
tanta naturæ, ut homo nemo, velit nisi ho-  
minis similis esse, & quidem formica formi-  
cæ. 2. de Nat. Deor.

Omnium animantium formam vincit ho-  
minis figura. 1. de Nat. Deor.

Nullum est animal præter hominem, quod  
habeat aliquam noticiam Dei. 1. de Leg.

Est homini cum Deo rationis societas. 2. de  
Leg.

Deus animal unum spectabile, hominem,  
in quo omnia animalia continerent, effecit.  
De Univerf.

Sunt ex terra homines, non ut incolæ atq;  
habitatores, sed quasi spectatores superarum  
rerum atq; cœlestium: quarum spectaculum  
ad nullum aliud genus animantium pertinet.  
Sensus autem interpretes ac nuntii rerum,  
in capite tanquam in arce, mirificè ad usus  
necessarios



necessarios, & facti, & collocati sunt. Nasus  
 oculi tanquam speculatores, altissimum locum  
 cum obtinent, ex quo plurima conspiciuntur  
 res, fungantur suo munere. Et aures, cuius  
 sonum percipere debeant, qui natura in sum-  
 lime fertur, rectè in altis corporum partibus  
 collocatæ sunt. Itemque nares, eò quod omni-  
 nis odor ad supera fertur, rectè sursum sunt  
 & quod cibi & potionis iudicium magnu-  
 earum est, non sine causa vicinitatem oris se-  
 cutæ sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum  
 quibus vescimur, genera deberet, habitat  
 ea parte oris, quàm esculentis & poculentis  
 ter natura patefecit. Tactus a. toto corpo-  
 æquabiliter fusus est, ut omnes ictus, omnes  
 nesque nimios & frigoris & caloris appulsi-  
 sentire possimus. Atque ut in ædificiis ar-  
 chitecti avertunt ab oculis naribusque  
 minorum, ea quæ profluentia necessario  
 tri essent aliquid habitura: sic natura  
 similes procul amandavit à sensibus. Ad  
 quod ipsa natura primùm oculos membra-  
 nis tenuissimis vestivit & sepsit, quas pro-  
 mùm perlucidas fecit, ut per eas cerni  
 set: firmas autem, ut continerentur. Sed  
 bricos oculos fecit & mobiles: ut declina-  
 rent, si quid noceret, & aspectum quo ve-  
 lent, facile converterent. Nasus ita locatus  
 est, ut quasi murus oculis interiectus  
 videatur. Auditus autem semper patet:  
 enim sensu etiam dormientes egemus:

quo cum sonus est acceptus, etiam à somno  
excitatur. Flexuosum iter habet nequid  
intrare possit, si simplex & directum pate-  
ret. Provisum etiam, ut si qua minima be-  
nivolenta conaretur irrumperè, in sordibus au-  
tum tanquam in visco, inhæresceret. Quàm  
erò aptas manus, quamque multarum re-  
um ministras natura homini dedit: &c. 2.  
Nar. Deor.

Principio corporis nostri, magnam na-  
tura ipsa videtur habuisse rationem, quæ for-  
nam nostram reliquamque figuram, in  
qua esset species honesta, eam posuit in  
promptu: quæ autem partes corporis ad na-  
turæ necessitatem datæ, aspectum essent de-  
formem habituræ, atque formam, eas conte-  
nit atque abdidit. Hanc naturæ tam diligen-  
tem fabricam imitata est hominum verecun-  
dia. Quæ n. natura occultavit, eadem om-  
nes, qui sana mente sunt, remonent ab ocu-  
lis, ipsique necessitati dant operam, ut quàm  
occultissimè pareant: quarumque partium  
corporis usus sunt necessarii, eas, neque par-  
tes, neque earum usus suis nominibus appel-  
lant: quodque facere turpe non est, modò  
occulte, id dicere obscœnum est. i. Offi.

Ipsam hominem eadem naturâ non so-  
lum celeritate mentis ornavit, sed & sensus  
etiam quam satellites a tribuit ac nuntios, &  
eorum plurimarum obscuras & necessarias  
intelli-

intelligentias enudavit, quasi fundamenta  
quædam scientiæ: figuramque corporis ha-  
bilem & aptam ingenio humano dedit. Nam  
cùm cæteras animantes abjecisset ad pastum  
solum hominem erexit, & ad cœli, quasi co-  
gnationis domiciliique pristini conspectum  
excitavit. Tum speciem ita formavit  
ris, ut in ea penitus reconditos mores  
fingeret. Et oculi quemadmodum animi  
affecti sumus, loquatur: & is, qui appe-  
latur vultus, qui nullo in animante esse, præ-  
ter hominem, potest, indicat mores. 1.  
Legib.

Natura corpus hominis sic formavit,  
genuit, ut alia in primo ortu perficeret,  
alia progrediente ætate fingeret: neque satis  
multum adjuventis externis & adventitiis  
uteretur. Animum autem reliquis rebus  
ita perfecit, ut corpus: sensibus enim orna-  
vit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aliud  
non multum adimento ullo ad suam con-  
firmationem indigeret. 5. de Finibus be-  
norum.

Parvi primo ortu sic jacent, tanquam  
omniñò sine animo sint. Cùm autem pa-  
lùm firmitatis accesserit, & animo utun-  
tur, & sensibus: connitunturque ut sese con-  
gant, & manibus utuntur, & eos & cognoscunt  
seunt à quibus educantur: deinde æquali-  
bus delectantur, libenterque se cum  
congregant, dantque se ad ludendum,  
bellarum



bellarumque auditione ducuntur: denique eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt, animadvertuntque ea quæ domi fiunt curiosius, incipiuntque commentari aliquid & discere, & eorum quos vident, volunt non ignorare nomina: quibusque rebus cum æqualibus decertant, si vincunt efferunt se lætitiâ: victi debilitantur, animosque demittunt. 5. de Finib.

Pueri efferuntur. 5. de Finibus. Vide Gloria. 41.

Semper in promptu habere debemus, quantum natura hominis pecudibus, reliquisque bestiis antecellat. Illæ enim nihil sentiunt, nisi voluptatem, ad eamque feruntur toto impetu. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid, aut inquit, aut agit, videndi que aut audiendi delectatione ducitur. 1. Off.

Si considerare volemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffuere luxuria, & delicate ac molliter vivere: quamque honestum, parcè, continenter, severe, sobriè. 2. Offic.

Quum despiciere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tum ea insequi incipiemus, ad quæ nati sumus. 5. de Finib.

Si nihil haberet aliud hominis animus, nisi ut appeteret, aut refugeret: id quodque ei esset commune cum bestiis. Habet primum

memoriam, & eam infinitam innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult. 1. Tuscul.

Hoc unum animal homo sentit quid sit ordo, qui sit quod deceat: in factis dictisque qui sit modus. Itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiunt, nullum aliud animal, pulchritudinem, venustatem, & convenientiam partium sentit, cavetque ne quid indecore effeminateve faciat: tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidinosè faciat aut cogitet. 1. Off.

Est naturâ sic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamque causam pravi virtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina moventur. 5. de Finibus bonorum.

Nec figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. 1. de Finib.

Nemo est dignus nomine hominis qui unum diem velit esse in voluptate. 2. de Finib.

Hominem, nihil, nisi quod honestum, decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportet: nulli neque homini, neque perturbationi animi succumbere. 1. Off.

Nobis personam imposuit ipsa natura ceteris excellentia, præstantiaque animantium reliquarum. 1. Off.

Homo ceteris animantibus longè præstat. 2. de Finib.

Servus

*Sermo hominis est maximè proprius ut ratio.*

Hoc uno præstam<sup>9</sup> vel maximè feris, quòd colloquimur, inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. 1. de Orat.

Ratione præstamus belluis, p quam cõjectura valeamus, argumentamur, refellimus, differim<sup>9</sup>, cõficimus, & cõcludimus. 1. de Leg.

Inter hominē & belluā hoc maximè interest, quòd hæc tantū, quantum sensu movetur, ad id quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paululū admodum sentiēs præteritum & futurum. Homo autē, qui ratio est particeps, per quam cõsequentia certat, causas rerū videt, earumq; progressus, & quasi antecessiones nō ignorat, similitudines cõparat, rebusq; præsentibus adjungit, atque annectit futuras, facilè totius vitæ cursum videt, ad eamq; degendā præparat res necessarias, & cætera. 1. Offic.

*Ve Viribus, velocitate multisq; sensibus.* nec

Homines, cum multis rebus humiliores infirmiores sunt, videntur hac re maximè bestiis præstare, quòd loqui possunt. Quare clarum mihi videtur adeptus is, qui quæ homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. 1. Off.

Nulla re longius absumus à natura fera-  
quàm æquitate: in quibus inesse fortitem sæpe dicimus, ut in equis, leonibus, canibus, æquitatem non dicimus: sunt c-  
rationis & orationis expertes. 1. Off.



Homines, etsi multis aliis : tamē hoc uno  
 à bestiis plurimum differunt, quòd rationē  
 habeant à natura menti datam, mentemque  
 & acrem, & vigentem, celerrimeque multa  
 simul agitantem, & ( ut ita dicam ) sagacem  
 quæ & causas rerum, & consecutiones vide-  
 at, & similitudines transferat, & disiuncta  
 conjungat, & cum præsentibus futura con-  
 pulet, omnemque complectatur vitæ con-  
 sequentis statū. Eademq; ratio facit homi-  
 num appetentē : cumque iis natura  
 sermone & usu congruentem, ut profectus  
 charitate domesticorum ac suorum cura  
 longius, & se implicet primū civium, de-  
 de omnium mortalium societate. Atque  
 ad Archytam scripsit Plato, non sibi se solū  
 natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut  
 exigua pars ipsi relinquatur. Et quoniam  
 adem natura cupiditatem ingenuit homi-  
 veri inveniendi ( quod facillimè apparet,  
 vacui curis, etiam quid in cœlo fiat, scire  
 mus ) his initiis ducti omnia vera diligenter  
 id est, fidelia, simplicia, constātia, tum  
 falsa, fallentia audimus, ut fraudem, per-  
 rium, malitiam, injuriam. Eadem ratio  
 bet in se quiddam amplum atque magnū  
 ad imperandam magis, quam ad parendam  
 accommodatam. Omnia humana non  
 rabilia solū, sed etiam levia ducens,  
 quiddam & excelsum nihil timeans, ne-  
 cedens, semper invictum. 2. de fini.

Videndum est, ne quid humile, ne quid  
summissum, molle, effœminatum, fractum,  
abjectum faciamus. 4. Tusc.

In dolore maxime est providendum, ne  
quid abjecte, ne quid timide, ne quid igna-  
ne, ne quid molliter, ne quid serviliter, mu-  
liebriterve faciamus. 2. Tuscul.

Turpe, nec viro dignū videtur gemere, eiula-  
re, lamētari, frangi, debilitari dolore. 2. Tusc.

Turpe est viro debilitari, dolore frangi,  
succumbere. 2. de Finib.

*Dua sunt vera fortitudinis partes nō fran-  
gi dolore in rebus adversis, &  
non insolescere in secundis.*

Ingemiscere nonnunquam viro conces-  
sum est, idq; raro: eiulatus ne mulieri qui-  
dem: sin erit ille gemitus lamentabilis, sum-  
missus, si abjectus, si flebilis, ei qui se de-  
derit: vix eum virum dixerim, nihil est  
enim fletu muliebri viro turpius. 2. Tusc.

Cum tibi sive Deus, sive mater rerum o-  
mnium Natura dederit animū, quo nihil est  
constantius, neq; divinius: sic te, ipse abiicies  
q; psterne, ut nihil inter te atq; inter qua-  
tuorpe dē aliquem putes interesse? 1. Parad.

Nihil est aut nequius, aut turpius effœ-  
minato viro. 3. Tusc.

Nos ita liquefcimus, fluimusque mollicita,  
apic aculeum sine clamore ferre non pos-  
sumus. 2. Tuscul.

Nos ita leves atque inconstantes sumus,

ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus, hoc unū monstrū putemus. 2. de Divin.

Tu deforma hominis, membrorumq; ordine & compositione, secundo de nat. Deorum vide latius: & quā virum dedecet mollities, Offic. primo, capite, Sed pertinet ad omnē officii quæstionem, lege copiosius.

*Diversum hominum studia & iudicia.*

**N**on est una omnium facies. 1. de natura Deorum.

Quot homines, tot sentent. 1. de Finibus.

Diversa sunt hominum studia. Cicero Att. lib. 2.

Suo quisque studio maximè ducitur. 5. de Finibus.

Multæ in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent. Alii libidinosi, alii iracundi, aut crudeliter, aut superbi sint, alii à talibus abhorrent. de Fato.

Non in omnes omnia conveniunt. Pro Roscio Amerino.

Alii gloriæ serviunt, alii pecuniæ: rari sunt qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rem naturam studiosè intueantur: quod qui faciunt, & sapientiæ studiosi, & philosophi habentur. 5. Tuscul.

Suum cuiq; pulchrum est: adhuc nemini



nem cognovi poëtam, qui sibi non optimus videretur: sic res habet, te tua, me delectant mea. 5. Tuscul.

Nemo unquam neque poëta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem, quam se, arbitraretur. Cic. Attic. lib. 14.

In omni re difficillimum est formā (quod *τοῦ καλοῦ* Græcè dicitur) exponere optimi quod aliud aliis videtur optimum. Varia enim sunt iudicia: nec facilis explicatio quæ forma maximè excellat. Ora. ad Brur.

At in corporibus. 1. Off. In Simil. 55.

Alii dolore moventur, alii cupiditate, iracundiâ etiam multi afficiuntur: & cùm iam mala scientes irruunt, tamen se optime consulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant, Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, fac: eorum est querela qui sibi chari sunt, seseque diligunt. 5. de Finib.

Sua cuique civitati religio est, nostra nobis: officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur: aliaque sunt juvenum, alia seniorum, alia constantis ætatis: sunt & extrema quædam studia senectutis. Cato Major.

Ut natura alius. 4. Tuscul. in Similibus

44.

*Quisque id sequatur, ad quod natura  
magis est compositus.*

120

**Q**uam quisquenârit artem, in ea se exerceat. 1. Tuscul.

Suum quisque noscat ingenium. 1. Off.

H 4

Quisque ad id quod facere potest, detrudendus est. 1. de Orat.

Diligentissimè hoc est eis, qui instituunt aliquos, atque erudiunt, videndum: quò sua quemq; natura maximè ferre videatur. 3. de Orat.

Natura primùm, atq; ingenium, ad discendum vim affert maximam. 1. de Orat.

Ad quas artes aptissimi erimus, in iis potissimùm elaborabimus, sin aliquando necessitas nos ad ea detruferit, quæ nostri ingenii non crunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus. Nec tam nobis enitendum est, ut bona quæ nobis data non sunt, sequamur: quàm ut vitia fugiamus. 1. Off.

Quem potissimum vitæ cursum sequi volumus, in hac deliberatione ad suam cuiusque naturam, consilium omne est revocandum. 1. Off.

Tuenda sunt sua cuique non vitiosa, sed propria, quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui: eaque moderari, nec velle experiri quàm aliena decet: id enim maximè quemque decet, quod est suum cuiusque maximè. 1. Off.

Naturæ non attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi non queas, quod nihil decet invita, ut aiunt, Minerva: id est repugnante & adversante natura. 1. Off.

Hoc generi hominum propè natura datum, ut qua in familia laus aliqua fortè flourerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis ( quòd sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur ) cupidissimè persequantur. Pro C. Rab. Posth.

Tu primo Offic. legito quæ ad hunc locum pertinent, cap. intelligendū.

*Circumstantia.*

121

Sæpè tempore fit, ut quod plerunque turpe haberi soleat, inveniatur non esse turpe. 3. Off.

Tempore commutatur officium, ut non semper sit idem. 1. Off.

Temporibus quibusdam, aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus sæpe evenit: ut & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ. Itaq; earum sic tenetur à sapiente delectus, aut ut reiiciendis voluptatibus majores alias cōsequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. 1. de Finib.

Debemus considerare in omni re quid aptum sit, & cōsentaneum tempori & personæ, tum quid in dictis factisque dedeceat. Quòd si poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam cū probam orationem affingit improbo, stultòve sapientis: si denique pius ille vidit, cū immolanda Iphigenia, tri-



stis Calchas esset, mœstior Ulysses, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique historio quid deceat quærit, quid faciendum oratori putemus? Orat. ad Brut.

In omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est. 2. de Invent.

Habenda est ratio hominum, rei & temporis. 2. de Orat.

Turpe est, valdeque vitiosum, in re severa, convivio dignum: aut delicatum aliquem inferre sermonem. 1. Off.

Tanta vis est loci & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse mediteretur: aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur in scitia temporis. 1. Off.

Pericles. 1. Off. In Apoph. 55.

Alia fori vis est, alia triclinii, alia subsecliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicium, comessatorumque conspectus: lux denique longe alia est solis & lychnorum. Pro M. Cælio.

Nec iisdem de rebus, nec in omni tempore, nec similiter omnes delectantur. 1. Off.

Non omnis fortuna, non omnis honor, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum: semperque in omni parte orationis,

orationis, ut vitæ, quid deceat, est considerandum; quod & in re, de qua agitur, positum est; & in personis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Orat. ad Brutum.

In constantis non puto, sententiam aliquam tanquam aliquod navigium ex Reipublicæ tempestate moderari. Pro Cor. Bal.

Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permanſio. M. Cic. Lentulo. Fa. 1.

Tempori cedere (i. necessitati parère) semper sapientis habitum est. Cic. Mar. Fa. 4.

Temporibus parère omnes politici præcipiunt. Cic. Att. 12.

Est non modò liberale paululum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum. 2. Off.

Epistolæ offendunt non loco redditæ. Cic. Brut. Famil. 11.

Multa quæ rectè committi servis fidelibus possunt, tamen sermonis & vituperationis vitandæ causa committenda non sunt. Cic. ad Quin. fratr.

Plurima ad alieni sensus conjecturam, non ad suum judicium scribuntur. Cæcin. Ci. Fa. 6.

Qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorū, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet: aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ceprus dicitur. 2. de Orat.

Tu, si voles, videto quid, quo loco, & tēpo  
re deceat. Offi. lib. 1. cap. Talis est.

Ea facilimè luduntur, quæ neq; magno o-  
dio, nec misericordia maxima digna sunt. 2.  
de Orat.

Parcendum est maximè charitati homi-  
num, nec temerè in eos dicas qui diliguntur  
2. de Orat.

Facilè multitudo à tristitia & sæpe acer-  
bitate, commodè ac breviter, & acutè, &  
hilari dicto deducitur. 2. de Orat.

Orator tristitiam ac severitatem mitigat  
ac relaxat: odiosasque res sæpe, quas argu-  
mentis dilui non facile est, joco, risuque dis-  
solvit. 2. de Orat.

Tu de duplici jocandi genere, vide pri-  
mum Offic. secundum etiam de  
Orat.

*Verba opportuna aliquando lo-  
quitur olitor.*

**S**Æpe sub sordido palliolo latet sapientia  
3 Tusc.

Summi gubernatores in magnis non  
nunquam tempestatibus à vectoribus admo-  
neri solent. Philip.

*Nihil perpetuum, nihilq; non miserum  
& calamitosum.*

**A**Beunt omnia unde orta sunt. Caro  
Major.

Intra



Intra lunam nihil est non mortale & caducum, præter animos hominum, Deorum munere datos. Somn. Scip.

Cœlestia semper spectato, humana illa contemnito. Somn. Scip.

Contemnendæ sunt humanæ res. 4. Tus.

Conferto nostrā longissimā ætatem cum æternitate, sic brevissima reperietur. 1. Tus.

Quid ei potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? 4. Tus.

Alcè spectare si voles, atque hanc sedem & æternam domum contueri: neque sermonibus vulgi dederis te, neque in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. Som. Scip.

Cogitantes supera. 4. Acad. In Piis sentent. 44.

Regna, imperia, honores, nobilitas, divitiæ, opes, eaque quæ sunt iis contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. 1. Off.

Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas. Pro Marcell.

O dii boni, quid est in hominis vita diu! mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur. in quo est aliquid extremum. Cùm enim id advenerit, tunc illud quod præterit, effluit: tantum remanet quidem quod virtute & recte factis sis consecutus, Cato Major.

Non est omninò hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum: quòd cùm venerit, omnis voluptas pro nihilo est habenda, quia postea nulla futura est. Pro M. Marc.

Quæ ætas longa est? aut quid omninò homini longum? Nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes affecuta est senectus? Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte à vita, longa aut brevia dicuntur. 1. Tusc.

Horæ cedunt & dies, menses & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid sequatur sciri potest. Cato Major.

Quis est, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Cato Major.

Nulla est tanta vis, tantaque copia, quæ non ferro debilitari, frangi que possit. Pro M. Marc.

Nihil semper suo statu manet. 1. de Natur. deor.

Nihil semper floret: ætas succedit ætati Phillip. 11.

Volat ætas. 1. Tusc.

Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. 4. ad Heren.

Nemo confidat semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit. 2. Tusc.

Sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguatur. Cato Major.

Ita ratio comparata est vitæ, naturæque nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. In Lælio.

Cursus est certus ætatis, & via una naturæ, eaque simplex, sua cuique parti tempestivitas est data. Cato Major.

Quæ potest esse in vita jucunditas, cum dies ac noctes cogitandum sit jamjam esse moriendum? 1. Tusc.

Nemini exploratum potest esse, quomodo habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum. 2. de Finib.

In vita nihil est, nisi propagatio miserrimi temporis. Cic. Lucejo, Famil. 5.

Quid habet vita commodi, quid non potius laboris? Cato Major.

Nemo non miser. 1. Tusc.

Mortalis nemo est. 3. Tusc. In Apop. 86.

Namque nimis. 3. Tusc. In Apop. 90.

Non nasci homini longè optimū est. 1. Tusc.

Oppida quæ quodam tempore floruerunt, nunc prostrata diruta sunt, Serv. Sulp. Cic. Famil. 4.

*Durum à prospera, felicique fortuna in adversam cadere, & talium miseremur facillimè.*

124

**N**ihil est tam miserabile, quàm ex beato effici miser. Part. Orat.

Hoc natura adfert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Pro Muræna.

Regum.



Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam : maximè eorum qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, ut regale iis nomen magnum & sanctū esse videatur. Pro lege Manilia.

*Fortuna.*

125

**F**ortuna est rerum omnium domina. Pro Marcello.

Fortuna est rerum externarum, & ad corpus pertinentium. 5. Tusc.

Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent Philosophi. Cæcam ob eam rem, quia nihil cernat, quò sese applicet. Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit Brutam. quia multis incommodis conflictatur propter immensam pecuniæ cupiditatem. 2. ad Heren.

Varia est vitæ commutabilisque ratio, vaga, volubilisque fortuna. Pro Milone.

Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunq; efficit cæcos, quos complexa est. Illi enim efferuntur fastidio ferè & contumacia : neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperniquè ab iis veteres amicitias, indulgere novis. In Lælio.

O fallacē hominū spem, fragilemque fortunam! & inanes nostras contentiones, quæ  
in me-

in medio spatio sæpe franguntur & corruunt:  
& antè in ipso portu obruuntur, quàm por-  
tum conspiciere potuerint. 3. de Orat.

Vita regitur fortuna, non sapientia. 5. Tus.

O volucrem fortunam, quàm citò omnia  
ex lætitia & voluptate, ad luctum & lacry-  
mas recidunt! Pro Syl.

O misera vitæ ratio, quæ tandiu resides in  
voluptate, quamdiu fortuna poscit libido.  
Antequam irer in exil.

Fortunam vitare nemo potest. Cicero Dol.  
Famil. 9.

Fors in armis plus quàm ratio potest. Ci-  
cer. Attic. lib. 14.

Nihil est tam contrarium rationi & con-  
stantiæ, quàm fortuna. 2. de Divin.

Non sunt omnia committenda fortunæ,  
ne magnam nimis in nos habeat dominatio-  
nem. 4. ad Heren.

Fortunam laudare, est stultitia: & vitupe-  
rare, superbia est. Animi autem laus & ho-  
nesta est, & vituperatio & vehemens. 1. de  
Invent.

Ei non multum potest obesse fortuna, qui  
sibi firmitus in virtute, quàm in casu præsidiū  
collocavit. 4. ad Heren.

Occupavit (inquit) te fortuna. 5. Tuscu, in  
Apophth. 83.

Magna vis est in fortuna in utramque par-  
tem, vel secundas ad res, vel adversas. Nam  
& cum prospero flatu ejus utimur, ad op-  
ratos

tatos exitus provehimur: & cùm reflavit, affligimur. 2. Off.

Fortitudini fortuna adjumento solet esse  
3. ad Heren.

Fortes fortuna adjuvat. 2. Tusc.

*Humana ferenda sunt.*

**H**umana ferenda sunt. Cic. Att. lib. 15.  
Nobis hominum inæptiæ ac stultitiæ devorandæ sunt. De clar. Orat.

Homines nos esse meminerimus, ea legnatos, ut omnibus telis fortunæ proposita vita nostra: neq; esse recusandum quò minus ea, quam nati sumus, conditione vivamus: neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possimus: eventisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse novi nobis cogitemus. Cic. Titio, Famil. 5.

Simus ea mente, quam & veritas & ratio præscribit, ut nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: eaq; cùm careamus omnia humana pacatè & moderatè feramus. Cic. A. Torq. Famil. 6.

Præter culpam & peccatum homini accidere nihil potest, quod sit horribile aut peritimescendum. Cic. Mescinio, Famil. 5.

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. Cic. A. Torq. Famil. 6.

Everfis rebus omnibus, quum consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quicquid evenerit, ferre moderatè. Cic. Torq. Famil. 6.

*Perdidi*



Perditis rebus omnibus, ipsa virtus se sustentare posse videtur. Cic. Torq. Famil. 6.

Magna vis est in virtutibus: eas excita si fortè dormiunt: jam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto esse coget, ut omnia quæ possint homini evenire, contemnas, & pro nihilo putes. 3. Tusc.

Ratio in consolando plurimum valere debet. Cic. Curioni. Famil. 7.

Summa est stultitia, frustra confici dolore, cum intelligas nihil posse profici. 3. Tusc.

Nobis quicquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminimus. Cic. Att. lib. 14.

Communem, incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pacto potest, sapienter feramus. Cic. P. Sestio. Famil. 5.

Ut secunda moderatè tulimus, sic nō solū adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus. Ci. Mescinio, Fa. 5.

Nihil est præcipuè cuiquā dolendum in eo quod accidat universis. Cic. Torq. Fam. 6.

Necessitas ferendæ conditionis humanæ, quasi cum Deo pugnare prohibet, admonetque esse hominem, quæ cogitatio magnopere luctum levat. 3. Tuscul.

Nihil est quod plus valeat ad ponendum laborem, quàm cum est intellectum nihil profici, & frustra esse susceptum. 3. Tusc.

Quando præstitimus quod debuimus, moderate.

deratè quod evenit, feramus. Cic. Torq. Famil. 6.

Est etiam in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucunde ac suaviter meminerimus. 1. de Fin.

Levat dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio. Cic. Cæcinæ. Famil. 6.

Levis est tamen consolatio ex miseriis aliorum. Cic. Torq. Famil. 6.

Eorum qui gravius ferunt luctus, aliorum exemplis leniuntur. Sic perpeffio cæterorum facit, ut ea quæ acciderint, multò minora, quàm quæta sunt existimata, videantur. 3. Tusc.

Ipsa ægritudo lenitur, cum obliuimus morientibus imbecillitatem animi effeminati: cumq; eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulenter humana patiantur. 4. Tusc.

Motus animi, sollicitudines ægritudinesque oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. 3. Tusc.

Omnibus modis fulciendi sunt qui corrumpunt, nec coherere possunt propter magnitudinem ægritudinis. 5. Tusc.

Hæc sunt officia consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere: aut, ut Chrysippo placet, in consolando detrahare illam opinionem morienti, si se officio

**N**on solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque Reipublicæ. 1. Off.

Bono viro non minori curæ est qualis Respublica post mortem suam futura sit, quam qualis hodie sit. In Lælio.

Non nobis solum nati sumus. 1. Offic. In Apoph. II.

Ut ad Archytam scribit Plato, non sibi soli se natum homo meminerit, sed patriæ sed suis: ut perexigua pars illi relinquatur. 2. de Finibus.

Non dubitat agricola: quamvis senex, quærenti cui serat? respondere: diis immortalibus, qui me non accipere tantummodò à maioribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Idemque laborant in eis quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere: Serunt arbores, quæ alteri seculo profint. Cato Major.

*Nec parentes, nec amici negligendi, etiamsi ad amplissimam dignitatem pervenerit.*

129

**S**i quam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt nonnulli: impartiunt eam suis, communicantque cum proximis: ut si parentibus nati sunt humilioribus, si propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eorū augeant opes, eisq; honori sint & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu, ppter ignorantiam stirpis & generis in fa-



in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut  
deorum, aut regum filii inventi, retinen  
tamen charitatem in pastores, quos patre  
per multos annos esse duxerunt. In Lælio.

*Mores crescunt cum ætate.*

**C**upiditas agendi aliquid adolescit un  
cum ætate. 5. de Finib.

Habenda est ratio diligenter, quo  
imitemur, quorum similes velimus esse. 1. d  
Orat.

Magni interest quos quisque audiat quo  
tidie domi, quibuscū loquatur à puero, quo  
admodum patres, pædagogi, matres etiam  
loquantur. de Clar. orat.

Quæ acciderunt in pueritia, meminim  
optimè sæpe. 3. an Heren.

Id est difficile, quòd cum spe magna sic  
gressus, id non exequi usque ad extremū.  
C. Rab. Posth.

*Vt superior ætas, sic & posterior  
esse solet.*

**S**tudia quæ sunt in adolescentia tanquam  
in herbis, significant, quæ virtutis ma  
ritas, & quantæ fruges industriæ sunt  
tura Pro Cælio.

Adolescentia significat, ostenditque  
ctus futuros: reliqua tempora demerenda  
fructibus, aut percipiendis accommodata  
Caro. Major.

Facile in optimam partem cognoscuntur  
adolescentes, qui se ad claros & sapientes vi-  
ros, benè consulentes Reipub. contrulerunt:  
quibuscum si frequentes sint, opinionem af-  
ferunt populo, eorum fore se similes, quos si-  
bi ipsi delegerunt ad imitandum. 1. Off.

Quis ullam ullius boni spem habebit in  
eo, cujus primum tempus ætatis palàm fue-  
rit ad omnes libidines divulgatum? Ad Sen.  
post red.

Perinde ut est opinio de cujusque mori-  
bus, ita quid ab eo factum sit, & non factum,  
facile existimari potest. Pro Cluentio.

Omnibus in rebus, quæ graviores, majore-  
resque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit,  
admisit, non ex crimine, sed ex moribus  
ejus qui arguitur, est ponderandum. Neque  
enim potest quisquam nostrum subito fingi,  
neque cujusquam repente vita mutari, aut  
natura converti. Pro Sylla.

Libidinosa, & intemperans adolescentia  
effortum corpus tradit senectuti. Cato  
Major.

Est quietè, & purè, & eleganter actæ  
ætatis placida, ac lenis senectus. Cato Major.

Acta ætas honestè ac splendidè, tantam  
adfert consolationem, ut eos qui ita vixerint,  
aut non tangat ægritudo, aut leviter pungat  
animi dolor. 3. Tusc.

Qui adolescentum peccati ignosci putant  
oportere, falluntur: propterea quod ætas

illa non est impedimento bonis studiis. At hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant: ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in ætate maturissima velint comparare. 4. ad Herenn.

*Multi à voluptate ad virtutem,  
se receperunt.* 132

**M**ultos vidi & audiui, non modò qui primis moribus labris gustassent genus hoc vitæ voluptariæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravesque homines & illustres fuisse. Datur enim concessu omnium, &c. Pro M. Cælio. Vide Juuentus. 134.

Multi & nostra & patrum memoria summi & clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximix virtutes firmatâ jam ætate extiterunt. Pro M. Cælio.

*Juuentuti ludus quidam, & voluptas interdum aliqua permittatur.* 133

**C**um juvenes relaxare animos, & dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ. 1. Offic.

Ludendi est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elati que: voluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur. 1. Offic.

Ludo & joco uti illis quidem licet: sed fructu



cut somno & quietibus, cæterisque, quum gravibus, seriisque rebus satisfecerimus. Ipsumque genus jocandi ingenuum & facerum esse debet, non profusum, nec immodestum, sed semper in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. I. Offic.

Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. I. Offic.

Datur concessu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates: quæ si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Pro M. Cælio.

Detur aliquid ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, non semper superet vera illa & directa ratio, vincat aliquando cupiditas, voluptasque rationem, dammodo illa in hoc genere præscriptio, moderatioque teneatur: parcat juvenis pudicitiae suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimoniam, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnum atque famam, ne probum castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem interimat, ne intersit insidiis, scelere careat: postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes hæc adolescentiæ cupiditates: revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei for-

rensis, Reipub. ut ea, quæ ratione antea non  
perspexerat, satietate abjecisse, experiendo  
contempsisse videatur. Pro M. Cælio.

Tempus juventutis sua sponte infirmum  
aliorum libidine infectum est. Pro M. Cælio.

Voluptate, & deliciis facile juvenus inter-  
cipitur. In Vatinium.

Semper magno ingenio adolescentes re-  
franandi potius à gloria, quàm invitandi  
sunt. Amputanda sat plura illi ætati, si qui-  
dem efflorescit ingenii laudibus. Pro M.  
Cælio.

Tu plura in Orat. pro M. Cælio.

*Juventus senum prudentiâ nitatur,  
& regatur.* 134

**E**st adolescentis majores natu vereri, ex-  
que his deligere optimos & probatissi-  
mos, quorum consilio & autoritate ni-  
tatur: incuntis enim ætatis incitia, senum  
constituenda & regenda prudentia est. Ma-  
ximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda  
est, exercendaque in labore patientiaque &  
animi & corporis: ut eorum & in bellicis &  
in civilibus officiis vigeat industria. i. Offic.

Tribuere plurimum senectuti debemus. i.  
Offic.

Eum, nos qui ætate anteit, tanquam su-  
periozem colere debemus. In Lælio.

Non est rectum, minori parere majorem.  
De Univers.

Imi-

Imitandi sunt maiores: primùm illud exceptum, sed ne vitia sint imitanda. 1. Off.

Senectutis est proprium, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii genus instruat. Cato Majo.

*Senectus.*

135

**N**ihil est præclarius, quàm honoribus & Reip. muneribus perfunctum senem posse suo jure dicere id, quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi & reges, aut omnes, sui tamen cives consilium expeterent. 1. de Orat.

Omnium ætatum certus est terminus. Senectutis autem nullus certus est terminus, recteque in ea vivitur, quò ad munus officii exequi & tueri possis. Cato Major.

Misera est senectus, quæ se, oratione duntaxat defendit. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt, sed honestè acta superior ætas fructus auctoritati præbet extremos. Cato Major.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videmus. 1. Offic.

Nihil magis cavendum est senectuti, quàm ne languori se, desidiæque dedat: luxuria verò cum omni ætati turpis, tùm senectuti foedissima est. Duplex enim inde malum est, quod & ipsa senectus dedecus concipit, & facit adolescentum impudiciorem intemperantiam. 1. Off.

*Senex*



Studiosè & diligenter evolves dialogum,  
 qui Cato Major inscribitur, ubi in se-  
 nectutis laudibus multus,  
 imò etiam totus est  
 Cicero.

*Relaxetur oportet aliquando animus.* 136

**H**omines quamvis in rebus turbidis, ta-  
 men, si modò homines sunt, interdum  
 animis relaxantur. 2. Philip.

Oti non minus quàm negotii ratio extra-  
 re debet. Pro Planc.

*Contentio probanda.* 137

**C**ontentio tandiu sapiens est, quandiu  
 aut proficit aliquid: aut si non proficit,  
 non obest. Pro Cælio.

*Malè parta, malè pereunt.* 138

**M**alè parta, malè dilabuntur. 2. Philip-  
 pica.

*Quibus facile ignoscitur.* 139

**I**llis facile ignoscitur, qui non perseverare,  
 sed ab errato se revocare moliantur. In  
 Varium.

Cujusvis est hominis errare: nullius nisi  
 insipientis, perseverare in errore. Philip. 12.

Optimus est portus poenitenti, mutatio  
 consilii. Philip. 12.

Sit erranti medicina confessio. Cicero ad  
 Quint. frat.

Humanum est errare, sed ferinum perse-  
 verare in errore. Nostrum.

*Voluntas*

*Voluntas puniatur etiam si non  
impleatur.*

140

**I**N ipsa deliberatione facinus inest, etiam-  
si ad id non pervenerit. 3. Off.

Non exitus rerum solum, sed & homi-  
num consilia legibus vindicantur: minus qui-  
dem dolendum est re non perfecta, sed puni-  
endum certè nihilominus. Pro Milone.

*Multa simulationes, nec fronti ulla fides.* 141

**I**N animis hominum multæ sunt latebræ &  
multi recessus. Pro M. Marcel.

Multis simulationum involucris regi-  
tur, & quasi velis quibusdam obtenditur uni-  
uscujusque natura, frons, oculi, vultus per-  
sæpè mentiuntur. Cic. ad Quintum fratrem.

Temerè affirmare de altero, est periculo-  
sum propter occultas hominum voluntates,  
multiplicesque naturas. Cic. ad Brut.

Fronte atque vultu, simulatio facillimè  
sustinetur. Cic. Lent. Famil. 1.

*Nullus ad nocendum efficacior, quàm  
domesticus inimicus.*

142

**N**ullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ  
latent in simulatione officii, aut in aliquo  
necessitudinis nomine. Nam eum qui palàm  
est adversarius, facile cavendo vitare possis:  
hoc verò occultum, intestinum ac domesti-  
cum malum non modò existit, verùm etiam  
opprimit antequam prospicere atque explo-  
rare potueris. Act. 3. in Verr.

Tacite magis, & occulte inimicitiae timenda sunt, quam indictae & apertae. Act. 7. in Verr.

*Vultus animum detegit.*

143

**V**ultus ac frons, animi est janua, quae significat voluntatem abditam ac retrusam. De Pet. Con.

Omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum & sonum & gestum: animi imago vultus est: indices oculi. Nam haec est una pars corporis, quae quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes possit efficere. Oculi enim sunt quorum tum intentione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte. Nam oculos natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. 3. de Orat.

Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione, aut contractione, facile judicamus quantus sit in homine dolor, aut metus, aut denique tristitia. 1. Offic.

*Ex conjectura, multa discuntur.*

144

**P**erinde ut est opinio de cujusque moribus, ita quid ab eo factum sit, & non factum, existimari potest. Pro Cluent.

De futuris rebus, etsi difficile est dicere: tamen interdum possis conjecturam propius accedere, cum res est ejusmodi, cujus exitus praevideri potest. Cic. Torq. Famil. 6.

Facile



Facile in optimam partem. 1. Offic. Vide,  
Ut superior ætas. 132.

Artibus ipsis, si in dicendo non utimur, ta-  
men apparet atq; extat, utrum simus earum  
rerum rudes, an didicerimus 2. de Orat.

*Aliena & videmus & curamus, nostra  
non cernimus.* 145

**F**lt nescio quo pacto, ut magis in aliis cer-  
namus, si quid delinquitur, quàm in no-  
bismetipsis. 1. Off.

Aliorum patroni, nostra tenere, tuerique  
non possumus. 3. de Orat.

Satis superque sit cuique suarum rerum  
cura : alienis nimis implicari molestum est.  
In Lælio.

*Alterum alterius auxilio eget.* 146

**N**ullum est genus rerum, quod, aut avul-  
sum à cæteris, per seipsum constare, aut  
quo cætera si careant, vim suam atque  
æternitatem conservare possint. 3. de Ora.

*Quæ vicinitas probanda.* 147

**L**Audanda est, vel amanda potius vicini-  
tas, retinens veterem illum officii mo-  
rem, non infuscata malevolentia, non  
assueta mendaciis, non fucata, non fallax,  
non erudita artificio simulationis, vel subur-  
bano, vel etiam urbano. Pro Plac.

*Similitudo amicitiam parit : & odium  
dissimilitudo contrahit.* 148

**M**agnam vim habet ad conjungendas  
amicitias, studiorum ac naturæ simi-  
litud. Pro Cluent. I 5

Pares cum paribus facillimè congregantur. Cato Major.

Nihil est quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam quam similitudo: qua fit, ut bonos boni diligant, asciscantque sibi quasi propinquitate conjunctos, atque natura. Nihil est enim appetentius similem sui, nihil rapacius, quam natura. Hinc constat bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse. In Lælio.

Dispares mores disparia studia sequuntur: nec ob aliam causam ullam boni improbi amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maximè potest esse, morum studiorumque distantia. In Lælio.

*Natura, quàm doctrina utilior.* 149

**M**ulti sine ulla doctrina naturam ipsam sequuti, multa laudabilia fecerunt. 3. de Finib.

Sæpius ad laudem atque virtutem natura sine doctrina: quàm sine natura valuit doctrina. Pro Archia Poëta.

Omnes tacito quodam sensu, sine ulla arte aut ratione, quæ sunt in artibus ac rationibus recta, ac prava diiudicant. 3. de Ora.

Meliora sunt ea, quæ natura, quàm quæ arte perfecta sunt. 1. de Nat. Deor.

Nulla ars imitari naturæ solertiam potest. 1. de Nat. Deor.

Omnis natura artificiosa est, & habet artificem, n

quasi viam quandam & sectam, quam sequatur. 2. de Nat. Deor.

*Ars quàm natura certior.* 150

**S**ine doctrina si quid benè dicitur, adjuvante natura, tamen id, quia fortuito fit, semper paratum esse non potest. de Clar. Or.

Et si ingeniis magnis præditi quidam, dicendi copiam sine ratione consequuntur: ars tamen est dux certior, quàm natura. Aliud est enim poëtarum more verba fundere: aliud ea quæ dicas, ratione & arte distinguere. 4. de Finib.

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina: & quæ non optima, aliquo modo acui tamen & corrigi possunt. 1. de Or.

*Nemo scribat, nisi doctè.* 151

**V**idetur quicquid literis mandatur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. Lectionem sine ulla delectatione negligo. 2. Tusc.

Mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. 1. Tusc.

*Memoria.* 152

**M**emoria, est signatarum rerum in mente vestigium. 1. Tusc.

Memoria minuitur, nisi exerceas eam, nunquam tamen quenquã senum audiui.



oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Cato Major.

Rerum omnium thesaurus memoria: quæ nisi custos inventis, cogitatisque rebus & verbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerunt, in oratore peritura. 1. de Orat.

Memoria non modò philosophiam, sed omnis vitæ usum omnesque artes una maxime continet. 2. Acad.

*Principium.*

153

**P**incipii nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia. 1. Tusc. & in Som. Scip.

Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur. 5. de Finibus.

Principiis cognitis, multò facilius extrema intelliguntur. Pro Cluent.

*Uusus.*

154

**N**ec medici, nec Imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magnâ laude dignum, sine usu & exercitatione consequi possunt. 1. Off.

Uusus magister est optimus. Pro C. Rab. Posth.

Uusus frequens, omnium magistrorum præcepta superat. 1. de Orat.

Stylus, est optimus & præstantissimus discendi effector ac magister. 1. de Orat.

*Addit*

*Addit interdum non nihil ipsa patria, &  
locus ad ingenium.* 155

**A**cutiora sunt ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus ac tenuis: quàm illorum qui utuntur crasso cælo atque concreto: quin etiam cibo, quo utaris, interest aliquid, ad mentis aciem. 2. de Nat. Deor.

Themistocles. Ca. Major. In apoph. 6.

*Præclara rara, eaq; difficilia.* 156

**O**mnia præclara rara: nec quicquam difficilius, quàm reperiri quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. In Lælio.

In omni arte vel studio, vel quavis scientia optimum quidque rarissimum. 2. de Finib.

Quod præclarum, idem arduum. 3. Tusc.

Quò quid difficilius, hoc præclarius. 1. Off.

Quæ rara, atque ardua sunt, ea ex principio pulchra & jucunda hominibus videri solent. 2. de Invent.

Rebus maximis difficultatem ipsa natura proposuit. Nostrum.

*Difficile in dicendo omnibus satisfacere.* 157

**M**agnum onus est, atque munus, suscipere ac profiteri, sese omnibus silen-

tibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum. Adest enim ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quàm recta videat. Ira quicquid est in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt obruit: & quoties dicimus, toties de nobis judicatur. Nec quicquam, est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo deliqueris. 1. de Nat. Deor.

Quæ sit causa paucitatis Oratorum, & quibus de causis in dicendo timeamus, in primo de oratore ostenditur.

*Nos Vitiis magis, quàm virtutum meminimus.*

158

**N**on tam ea, quæ recta sunt probantur, quàm quæ prava sunt, fastidiis adhærent. 1. de Orat.

Nihil est tam insigne, nec tam ad diuturnitatis memoriam stabile, quàm id, in quo aliquid offenderis. 1. de Or.

Multò acrior est memoria improborum, quàm bonorum. Pro Flac.

Homines imperiti, facilius quod stultè dixeris, reprehendere, quàm quod sapienter tacueris, probare possunt. 2. de Ora.

*Qui citandi ex historiis.*

159

**E**x annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis. 2. de Finib.

Exempl.



Exempla ex vetere memoria & monumentis, ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis: hæc plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum. 5. Act. in Verr.

Cujus prædicatio omnibus nondum grata est, hunc memoriæ potius, quàm vocis testimonio confirmemus. 1. philip. 11.

Videndum est, ne quos ob beneficia diligere volumus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invideri solet, nimis efferre videamur. 2. de Or.

*Accusator & acet omni crimine, Seniatq; ad  
accusandum non studio ductus,  
sed officio.* 160

**C**Arere debet omni vicio, qui paratus est in alterum dicere: is demum male dicit, qui non potest verum ab altero audire. Recr. in Salustium.

Nulla salus Reipub. major est, quàm eos, qui alterum accusant, non minus de laude, & honore, de fama sua, quàm illos, qui accusantur de capite, de fortunis suis pertimescere. Itaque semper hi diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrabantur. Ex divin. in Verr.

Multa esse oportet in eo, qui alterum accusat, primum integritatem atque innocentiam. Nihil est enim quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere cum

re eum, qui non possit suæ reddere. Accusare enim debent ii, qui nullo suo peccato impediuntur, quò facilius alterius peccata demonstrare possint. Ex divin. in Ver.

Omnes, qui alterum in iudicium vocant, providere debent, non solum quid oneris in præsentia tollant, sed etiam quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicant innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt, atque eò magis, si id faciant nulla re commoti, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut mores corrigat aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse à religione officii declinârit? s. Aët. in Verr.

Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maximè vitiis, in quibus alterum reprehenderunt. Furem aliquem, aut rapacem accusas? vitanda tibi semper erit omnis avaritiæ suspicio. Maleficū quempiam adduxeris aut crudelem? cavendum erit semper, ne qua in re asperior, aut inhumanior fuisse videre. Corruptorem, adulterum? providendum diligenter, ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo, quæ vindicaveris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium

vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur. 5. Act. in Verr.

Nihil est tam inhumanū, quàm eloquentia, &c. 2. Off. Vide Eloquentia. 18.

Nihil est tam alienum ab eo, qui alterum conjurationis accuset, quàm videri conjuratorum poenam, mortemque lugere. Pro Sylla.

Sine summo scelere non potes, quod maleficio in aliis vindicaris, idem in illorum socio, cum scires, defendere. Pro Sylla.

Danda est opera, ne quid contra æquitatē contendas, ne quid pro injuria. 2. Offic.

Hoc præceptum officii diligenter tenendū est, ne unquam innocentem judicio capitis accersas. Id n. sine scelere fieri nullo pacto potest. 2. Off.

Accusatores multos esse. Pro Rosc. Amer. Vide, Præmio & poena resp. continetur. 162.

Utilius est absolvi innocentem, quàm innocentem causam dicere. Pro Rosc. Amer.

Impediri bonam rem est melius, quàm concedi malæ. 3. de legib.

Tu, & quàm rarò, & quatenus accusandum sit; Offi. 2. legito, capite,

Prima igitur.

*Præmio & poenâ Respublica continetur.*

161  
Nec



**N**ec domus, nec Resp. stare potest, si in ea  
nec rectè factis, præmia extent ulla, nec  
supplicia peccatis. 3. de Nat. Deor.

Legibus præmia proposita sunt virtutibus  
& supplicia vitiis. 1. de Or.

Verus, justus, atque honestus labor, ho-  
noribus, præmiis, ac splendore decoratur: vi-  
tia autem hominum atque fraudes damnis,  
ignominis, vinculis, verberibus, exiliis,  
morte mulstantur. 1. de Orat.

Improbis pœna statuenda est, nec minor  
verò iis, qui secuti erunt alterum, quàm iis  
qui ipsi fuerint impietatis duces. In Lælio.

Quos ipsa natura retinere in officio non  
potest, ii magnitudine pœnæ maleficio sub-  
moveri debent. Pro Rosci Amer.

Quotusquisque reperietur, qui impunita-  
te propositâ abstinere possit injuria? impu-  
nitas peccandi maxima est illecebra. 3. Off.

Non satis est eum, qui lacefferit, injuria  
sua pœnitere, ut ipse, ne quid tale posthac  
committat, & cæteri sint ad injuriam tardio-  
res. 1. Off.

Est utilius, unius improbi supplicio mul-  
torum improbitatem coercere, quàm pro-  
pter multos improbos uni parcere. 5. Act. in  
Verr.

Accusatores multos esse in civitate utile  
est, ut metu contineatur audacia. Verùm  
hoc ita est utile, ut ne planè illudamur ab  
accusatoribus. Pro Ros. Amer.

Ut medici membrum sæpè putrefactum :  
In Varin. In Similib.

In corpore si quid est. Phil. 9. In Simi. 16.

Ut membra quædam amputantur. 3. Off.  
In Simi. 17.

*Rebus prosperis, consulendum  
est adversis.*

162

**O**Mnes cum secundæ res sunt, tum maxi-  
mè secum meditari oportet, quo pacto  
adversam ærumnam ferant. 3. Tus.

Sapienter cogitant, qui temporibus secun-  
dis casus adversos reformidant. 4. ad Heren.

*Socius, & ejus officia.*

163

**S**Ocii putandi sunt, quos inter res commu-  
nicata est. 5. act. in Verr.

In rebus minimis socium fallere, tur-  
pissimum est : propterea quòd auxilium sibi  
se purat adjunxisse, qui cum altero rem com-  
municarit. Pro Ros. Amer.

Nemo ferè credit, nisi ei, quem fidelem pu-  
tat. perditissimi est igitur hominis & amici-  
tiam dissolvere, & fallere eum, qui læsus nō  
esset, nisi credidisset. Pro Ros. Amer.

Literas ad se ab amico missas, offensione  
aliqua interposita, in medium proferre, pa-  
lamque recitare, nihil est aliud, quam tolle-  
re è vita vitæ societatem, tollere amicorum  
colloquia absentium : multa enim joca esse  
solent in epistolis, quæ prolata si sint, inepta  
esse videantur : & multa seria : neque tamen  
ullo modo divulganda. Philip. 2.

Æquè

Æquè perfidiosum ac nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit, & socium fallere, qui se in negotio conjunxit. Pro Rosc. Com.

Necesse est, qui socium famâ & fortunâ spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum & impium esse fateatur. Pro Quint.

Tecti ad alios esse possumus: socium vero cavere quâ possumus? quem etiam si metuimus, jus officii lædimus. Unde majores cum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Pro Rosc. Amer.

Nihil præter laudem bonis atque innocentibus ex sociis reportandum est. 3. de Legibus.

*Agricultura.*

**O**Mnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agriculturâ melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. 1. Off.

Vita rustica, quam nos agrestem vocamus, parsimonix, diligentix, justitiæ magistra est. Pro Rosc. Amer.

Vita rustica, maximè disjuncta est à cupiditate, & cum officio conjuncta. Pro Rosc. Amer.

Agricolæ semper ita vivunt, ut quæstum noscant nullum, fructum a eum solum, quem labore pepererint. Pro Rosc. Amer.

Homi-



Hominum generi universo cultura agrorum est salutaris. Nulla vita beator esse potest. Neque solum officio, sed & delectatione & saturitate, copiâque rerum omnium, quæ ad victum hominum & cultum etiam pertinent. Cato Major.

Ipsa ratio arandi, spe magis, & jucunditate quadam, quàm fructu, atque emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum, & eventum, certus quotannis labor, & certus sumptus impenditur, Annona porrò pretiū, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem ubertas in percipiendis fructibus fuerit, consequitur utilitas in vendendis: ut aut malè vendendum intelligas, si processit, aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere. Totæ autem res justitiæ ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neq; labor, sed res incertissimæ, veni, tempestatesque moderentur, s. act. in Verr.

Tu plenius legito quibus perfruantur voluptatibus boni senes agricolæ, in libello, qui Cato Major dicitur.

*Seruiendum est valetudini.*

165

**U** Bique moderatio virium adsit, & tantum, quantum quisque potest, nitatur. Cato Major.

Non modò quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. Cato Major.

Habenda

*Handwritten notes:*  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000

Habenda est ratio valetudinis: utendū  
exercitationibus modicis. Cato Major. V.  
Sobriè vivendum. 53.

*Amor publicus præferatur privato.*

**T**antum fraterno amori dandum non  
bitror, ut quisquam de salute sua  
consultat, communem relinquat. Pro

Non possunt una in civitate multi rem  
que fortunas amittere, ut non plures sec  
in eandem calamitatē trahant. Pro leg. Ma

Non est magis vituperandus proditor  
triæ, quàm communis utilitatis, aut sal  
desertor, propter suam utilitatem, aut  
tem. 3 de Fin.

*Ex multis meliora.*

**E**Variis sumendum est optimum. i. de  
Non solum ex malis minima opo  
eligere, sed etiam excerpere ex his ip  
si quid insit boni. 3. Off.

In duobus malis fugiendum majus, le  
est eligendum. Cicero ad Quint. fratrem.

In cæteris studiis è multis eligere homi  
commodissimum quodque solent. 2. de  
vent.

*Ex minimis sæpè maxima.*

**I**N minimis rebus sæpè res magnæ dep  
henduntur. Pro Flacco.

Minimis momentis, maximæ temp  
rum inclinationes fiunt. Philip. 5.

Dies affert & hora magnas sæpè clau  
Philip. 3.

*Maledictum emissum per omnium  
aures statim funditur.* 169

Nihil est tam volucre, quàm maledictum,  
nihil facilius emittitur, nihil latius diffi-  
tur. Pro Plancio.

*Nemo in re sua testis.* 170

MORE majorum comparatum est, ut in  
minimis rebus homines amplissimi te-  
stimonium de sua re non dicerent. Pro  
Maos. Amer.

Noluerunt maiores nostri, hanc patère  
amicitiis viam, ut quem quisque odisset,  
ut fam testimonio posset tollere. Ementiuntur  
sepe in eos, quos oderunt. Pro Fontejo.

*Nemo eo quod habet contentus.* 171

Ut quemque fortunæ poenitet. Cicero  
Torq. Fam. 6.

Suam quisque conditionem miserimã  
tat. Cic. Torq. Fam. 6.

Quod cuique. 1. Offic. Vide, Alterum ne  
eris. 103.

Contentum esse. Parad. ult. Vide, Dives.  
*Dives.* 172

Omnes sunt divites (dicunt Stoici) qui  
cœlo & terra frui possunt. 1. Off.

Eum intelligimus divitem, cui tanta  
essio est, ut ad liberaliter vivendum faci-  
contentus sit, qui nihil quærat, nihil appe-  
nihil optet amplius. Parad. ultimo.

Contentum suis rebus esse, maximæ sunt,  
tissimæque divitiæ. Parad. ultimo.

*Pauper*



*Pauper.*

**E**Gens est, qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. 4. ad Heren.

**X** Improbi, & avari, quoniam incertae & in casu positae possessiones habent, & plus semper appetunt: nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui quod haberet, esset satis, non modò non copiosi ac divites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt. Parad. ult.

Tu qui dives, vel verè pauper dicatur, lege ultimo Ciceronis Paradoxo.

*Dives & bonus.*

**D**ifficile est virtutes cum revereri, quod semper secunda fortuna sit usus. 4. ad Herennium.

*Pecunia & divitiæ.*

**E**xpetuntur divitiæ, tum ad vitæ usus necessarios, tum ad perfruendas voluptates. 1. Off.

Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales. 2. Off.

Pecunia efficitrix multarum, & magnarum voluptatum: pecuniâ voluptates pariuntur maximæ. 1. de Finib.

Omnia pecuniâ effici possunt. 5. actione Verr.

*Avaritia.*

**D**Uæ res sunt, quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries & avaritia. 1. Ad Heren.

Corrupti sunt depravatiq̃ue mores admiratione divitiarum. 2. Off.

Nihil est tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit. 2. act. in Verr.

Nullum est officium tam sanctum, atque solenne, quod non avaritia comminuere, atque violare soleat. Pro Quinctio.

Nemo tam firmum habuit præsidium, quod avaritia non infregerit atque debilitaverit. In Vatini.

Avaritia, est opinio vehemens de pecunia. 4. Tusc.

Illi morbo qui permanat in venas, & in hæret in visceribus, nec inveteratus evelli potest, nomen est avaritia. 4. Tusc.

Magno malo est hominibus avaritia, idcirco quod homines magnis, & multis incōmodis conflictantur propter immentem pecuniæ cupiditatem. 2. ad Heren.

In quibusdam neque pecuniæ modus est neque cupiditatum, quos nulla præda unquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inflamat. 1. de Finib.

Nunquam expletur nec satiatur cupiditas: neque solum ea quæ habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Parad. 1.

Avaritia insatiabilis, immensa & incredibilis potest. Ita enim hominum mentes obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat. In Vatin.

Nullū est vitiū tetrius, quā avaritia, præsertim in principibus, & Remp. gubernantibus habere enim quæstui Remp. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefariam. 1. Off.

Quid foedius avaritia? 1. de Leg.

Avaritia senilis vituperanda est maximè. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere? Cato Major.

*Multi pauperes.*

**C**opiæ parvæ singulorum sunt. Eorum autem qui iis egeant, infinita multitudo. 1. Off.

Singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam, ut opitulanti benemerentibus non queant, si maximè cupiant. Antequam iret in exilium.

*Qua sit liberis à patribus relinquenda hereditas.*

**O**ptima hereditas, quæ à patribus traditur liberis, omni patrimonio præstantior, est gloria virtutis, rerūq; gestarū, cui dedecori esse, nefas & vitium iudicandum est. 1. Off.

Licet patri apud filium gloriari, ad quem hereditas suæ hujus gloriæ & factorum, imitatio pertinet 1. Off.



Nullum monumentum pater clariùs relinquare potest, quàm effigiem morum suorum, virtutis constantiæ, pietatis, ingenii, filium. Philip. 9.

*Quid propriè nostrum.*

179

**N**ihil meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Paradox. 4.

Id cuiusque est proprium, quo quisq; fruatur, atque utitur. Cic. Curio, Famil. 7.

*Oculi augent dolorem.*

180

**Q**uocunque in loco quisquis est, idem est eis sensus & eadem acerbitas ex intuitu rerum, & publicarum, & suarum; tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere à miseris cogitationem sinunt. Cic. Torq. Famil. 6.

Acerba audire tolerabilius est, quàm videre. Cic. Curio, Famil. 7.

Facilius ad ea quæ visa sunt, quam ad illa quæ audita sunt, oculi mentis feruntur. 3. de Orat.

A consuetudine oculorum animum abducere difficillimum est. 2. de Nat. deor.

Nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculorum, mentis aciem abducere. 2. de Nat. deor.

*Non audire, vel quod audis, non intelligere, utrumq; iuxta existimo.*

181

**I**n his linguis, quas non intelligimus, surdi profectò sumus. 5. Tuscul.

Verba neminem movent, nisi eum, qui  
ejusdem linguæ societate conjunctus est. 3. de  
Orat.

*Varietas grata.*

**A**ures nostras, & sermonis suavitatem  
nihil est vicissitudine, varietate & com-  
mutatione aptius. 3. de Orat.

Nihil est aptius ad delectationem lectoris  
quàm temporum varietates, fortunæ quæ vi-  
cissitudines: quæ etsi nobis optabiles in ex-  
periendo non fuerunt, in legendo tamen e-  
runt jucundæ. Cic. Lucejo, Famil. 5.

*Mulieres diutius, quàm Viri, antiqui-  
tatem retinent.*

**F**acilius mulieres incorruptam antiqui-  
tatem conservant, quòd multorum ser-  
monis expertes, ea tenent semper quæ  
prima didicerunt. 3. de Orat.

Mulierum famam, multorum oculis  
clara custodia. 2. de Leg.

*Durum est filium patris delicto  
impediri.*

**E**st acerbum parentum scelera filiorum  
poënis lui. Cic. Bruto.

*Plerique frustra rogantur.*

**Q**ui malevolo sunt animo, deteriores  
sunt rogati. Cic. Cutioni Fam. 2.

Frustra eos appellamus, quorum  
ris atque animus à nobis adhorret. Cic.  
frat.

*Propri-*

*Proprium animi ingenui.* 186

**E**st animi ingenui, cui multum debeas eidem plurimum velle debere. Cicer. Curioni, Fam. lib. 2.

*Neceſſitas.* 187

**N**eceſſitas cogit, quod non habeas, aliunde ſumere. 3. de Orat.

*Futurum turpiſſimum.* 188

**N**ihil eſt turpius ingenuo, nihil minus libero dignum, quàm in conventu maximo cogi à magiſtratu furtum reddere. 4. act. in Verr.

*Carè emitur quod precipue impetratur.* 189

**M**alo emere, quàm rogare. 6. act. in Verrem.

*Eſt ei ſerendū qui cupiat colligere.* 190

**E**ſt liberale officium, ſerere beneficium, ut metere poſſis fructum. Anteq. ir. in exil.

*Secunda fortuna ab homine maximè expetitur.* 191

**H**omini nihil eſt magis optandum, quàm proſpera, æquabilis, perpetuaque fortuna, ſecundo vitæ ſine ulla offenſione curſu. Ad Quir. poſt red.

Eſt optabilius eſt vitæ curſum conficere ſine dolore & ſine injuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus aſſert, deſideratum eſſe à ſuis civibus, quàm omninò nunquam eſſe violatum. Pro domo ſua.



In omni vita nihil est ad laudem illustrius  
quàm ipsa calamitas. Pro domo sua.

*Favendum nobilitati.*

**O**Mnes boni semper nobilitati favem<sup>9</sup>  
& quia utile est Reipublicæ nobile  
esse homines, dignos majoribus suis  
& quia valere debet apud nos clarorum ho  
minum senex de Repub. meritum memo  
ria etiam mortuorum. Pro Sest.

*Non minus debemus ijs, a quibus conservamur, quàm à quibus nascimur.*

**N**on minus jucundi atque illustres sum<sup>9</sup>  
hi dies, quibus conservamur, quàm illi  
quibus nascimur, quòd salutis certa latitudo  
est, nascendi incerta conditio: & quòd sine  
sensu nascimur, cum voluptate conserva  
mur. 3. Inveſt. in Catil.

*Onus dici non debet, quod sponte suscipias.*

**O**Nus nō est appellandū, quod cum læ  
tia feras ac voluptate. 5. A. Et. in Verr.  
*Multi etsi de eadem re contendunt, &  
nus tantum sincere potest.*

**Q**Uàm multi pares dignitate sunt, uno  
tamen primum locum solus potest  
obtinere. Pro Muræna.

Quicquid est ejusmodi. 1. Officio. Viti  
Ambitio. 71.

*Pax.*

**P**AX, est tranquilla libertas. Philip. 2.  
Dulce est nomen pacis: res verò ipsa  
cū jucunda, tum salutaris. Philip. 13.  
Nihil

Nihil est tam popolare, quàm pax, qua non modo ii, quibus sensum natura dedit, sed etiam recta, atque agri mihi lærari videntur. Pro leg. Agraria contra Pop.

Nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. Philip. 2.

Paci, quæ nihil habet insidiarum, semper est consulendum. 1. Off.

Pax est repudianda, si sub ejus nomine latitet bellum. Philip. 12.

Leges, aut judicia esse non possunt pace sublata. Philip.

*Bellum.*

197

Suscipienda bella sunt, ut in pace, sine injuria, vivatur. 1. Off.

Non solum adventus belli: sed merus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiarum non longè absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Pro lege Manilia.

Incerti sunt exitus pugnarum, Marsque est communis, qui sæpe spoliantem jam & exultantem evertit, & perculit ab abjecto. Pro Mil.

Incertus est exitus & anceps fortuna belli. Pro M. Marcello.

Incerti sunt exitus belli, Mars communis. Philip. 10.

Incertus est belli exitus. Philip. 13.

Omniū bellorū exitus incerti sunt. C. Tor. Famil. lib. 6.

Omnis belli Mars est communis, & semper incerti exitus praeliorum sunt. Cicero Torquato, Fam. lib. 6.

Armorum exitus semper incerti & timendi. Cic. Att. lib. 7.

*Bellum civile.*

**C**ivile bellum perniciosissimum. Cic. Att. lib. 8.

Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed miserius nihil quàm ipsa victoria, quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociiores, impotentioresq; reddit, ut etiam si natura tales non sint, necessitate tamen effigantur. Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam invito facienda sunt. Cic. Marcello, Fam. lib. 4.

Bellorum civilium hi semper exitus sunt, ut non ea solum fiant quæ velit victor, sed etiam jam ut iis mos gerendus sit quibus adiutoribus parta sit victoria. Cic. Cornif. Famil. lib. 12.

Nihil viro bono & quieto, & bono civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis. Cic. Attico. lib. 9.

*Victoria.*

**V**ictoria est semper insolens. Cicero Sert. Sulp. Fam. lib. 4.

Victoria, naturâ & insolens & superba est. Pro Marcello.

*Facilis Victoria, si repugnet nemo.*

*Facilis*



**F**acile est viacere non repugnantem. 1.  
Tuscul.

Nulla est laus ibi esse integrum, ubi  
nemo est, qui aut possit, aut conetur corrup-  
pere. 1. act. in Verr.

*Vetus odium Six occidet.* 201

**H**oc natura est insitum ut quem timue-  
ris, qui cum de vita, fortunisque con-  
tenderis, cujus ex insidiis evaseris, sem-  
per oderis. Pro Sylla,

*Spes.* 202

**S**ola spes hominem in miseriis consolari  
solet. in Catil.

*Non desinit quis esse medicus, etiamsi  
non curetur agrotus.* 203

**A**egri, quia non omnes convalescunt,  
non idcirco nulla medicina est. 2. de Nat.  
Deor.

*Non domo dominus, sed domino domus  
commendari debet.* 204

**N**on domo dominus, sed domino domus  
honestanda est. 2. de Divin.

*Qui laude non ducitur, nec metu  
quoque movebitur.* 205

**S**i laus allicere nos ad rectè faciendum non  
potest, nec metus quidem à seclissimis fa-  
ctis potest avocare. Pro Mil.

*Omnes non tam gloria moventur,  
quàm ignorantia.* 206

**Q**uis honorem, quis gloriam, quis lau-  
dem, quis ullum decus tam unquam

expetit, quàm ut ignominiam, infamiam  
contumeliam, dedecus fugiat? Part. Orat.

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa  
honestas, contumelia tamen & dedecus, ma-  
gnopere moveat. Part. Orat.

# SENTENTIARUM

POLITISSIMARUM,

LIBER II.

*Ex M. T. Cic. Epistolis Familiaribus, ordin-*

*Aphabetico à PETRO DUBOIS*

*I.C. decerptarum.*

*Absentes, certiores fieri cupiunt.*



Cio, quàm sis curiosus, & quàm  
omnibus peregrinantibus grati-  
sit, minimarum quoque rerum  
quæ domi gerantur, fieri certio-  
res. Famil. lib 8. ep. 1.

*Adversitati omnia obnoxia.*

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus, &  
orbis terrarum perturbatione impendere vi-  
deatur. Fam. l. 2. ep. 16.

*Adversa aquo animo toleranda.*

Quod te præclare res humanas contem-  
nentem, & oprime contra fortunam parat-  
um, armatumque cognovi. Quam quidem  
laudem sapientiæ statuto esse maximam.

Noa

Non aliunde pendere, nec extrinsecus, aut bene, aut male vivendi suspensas habere rationes. Fam. l. 5. ep. 13.

Ne tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus. Fam. l. 5. ep. 16.

Non est jam gravitatis ac sapientiæ tuæ, quam à puero præstitisti, ferre immoderatus casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria, maloque se junctus. Fam. l. 5. ep. 16.

Te hortarer, rogaremque, ut & hominem te, & virum esse meminisses, id est, ut communem, incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum ullo pacto potest, sapienter ferres. Fam. l. 5. ep. 17.

Ut illa secunda moderatè tulimus: sic hanc non solum adversam, sed etiam funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus. Fam. l. 5. ep. 21.

Quando præstitimus, quod debuimus, moderatè quod evenit, feramus. Famil. lib. 6. epist. 4.

Everfis omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quid quid evenerit, ferre moderatè. Fam. lib. 6. epist. 21.

*Advocati officium.*

3

Accepisti quibus rebus adductus, quanque rem, causamque defenderim, quique meus in rep. sit pro mea parte capeienda status. Fam. lib. 1. ep. 9.



*Advocati boni qualitates.*

Si me virum bonum, si dignum iis studiis, eaque doctrina, cui me à pueritia dedi: si factis magni animi, non minimi consilii in maximis rebus perspectum habet: nihil in me non modò perfidiosum & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut jejunum debes agnoscere. Famil. lib. 3. epist. 10.

*Afflicto quid meditandum sit.*

Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid & efficere. Fam. l. 6. ep. 1.

*Aliorum malis laborandum.*

Te sapientia prædicitum singulari, non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Fam. l. 4. ep. 2.

*Amicus voluntatem amici in omnibus sequitur.*

Hominem ita tibi conjunctum, ut mihi, cum illo cùm loquerer, tecum loqui videretur. Fam. l. 3. ep. 6.

*Amici quales esse debeant.*

Ut nos ii sumus, qui esse debemus, id est, studio digni & literis nostris, dubitare non possumus, quin ea maximè conducant, quæ sunt rectissima. Fam. l. 5. ep. 19.

*Amicorum bona communia.*

Ejus omni, & gratia, quæ summa est, & opibus, quas intelligis maximas, sic fruor, ut meis. Fam. l. 1. ep. 9.

*Amicorum*

*Amicorum utilitas, & in prosperis,  
& in adversis.*

Hoc ejusmodi esse statuo, ut sine talium virorum, & amicorum benevolentia, neque in adversa, neque in prospera fortuna ququam vivere possit. Fam. l. 4. ep. 11.

*Amicorum unanimitas, & concordia.*

Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrego: & exploratum habeam, quid quid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Famil. lib. 4. epist. 1.

*Amoris vis.*

7

Est omninò patriæ charitas meo quidem iudicio maxima: sed amor, voluptatisque conjunctio plus certè habet suavitatis. Fam. lib. 10. ep. 5.

Nihil est quod studio, & benevolentia, vel amore potius effici non possit. Famil. lib. 3. epist. 9.

*Amoris Veri & ficti iudicium.*

Nam etsi non facile dividatur amor verus, & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. Fam. l. 9. ep. 16.

*Amoris signa.*

Quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicavit? quid de se in senatu, cum ipse obesset, per quemquam agi ma-

luit? quibus ille me rebus non ornatum voluit amplissimè? Fam. l. 3. ep. 10.

*Amicitia utilitas.*

Quid mihi utilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi, atque honoratissimi conjunctio: cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui, mihi magnos vel ornamento, vel praesidio esse possent? Famil. lib. 3. ep. 10.

*Animo complecti non minus, quàm oculis intueri.*

Nec minus nostra sunt, quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. Famil. lib. 5. ep. 17.

*Ars una cùm deficit, alia quærenda.*

Me posteaquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci, neque in curia, neque in foro viderim, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. Famil. lib. 4. epist. 3.

*Artibus quibus elaborandum.*

Quarum laudum gloriam adamaris: quibus artibus et laudes comparantur, in iis esse elaborandum. Fam. l. 2. ep. 3.

*Astutia.*

Id est maximè astuti, omnia ad suam utilitatem referre. Fam. l. 3. ep. 10.

*Audacia.*

His temporibus audacia pro sapientia licet uti. Fam. l. 1. ep. 9.

*Audi-*



*Auditus.*

13

Audire tolerabilius est, quàm videre. Fam.  
l. 7. ep. 30.

## B

*Bellum.*

14

**I**N bello Jus civile friget. Fam. l. 7. ep. 13. &  
16. & 17.

Bellorum enim civilium hi semper exitus sunt, ut non ea solùm fiant, quæ velit victor, sed etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parata sit victoria. Fam. l. 12. ep. 18.

Ut gravius ægrotant ii, qui cum levati morbo viderentur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato; renovatum bellum gerere conamur. Fam. lib. 12. epist. 30.

*In bello quid cura esse debeat.*

Mihi, ut in ejusmodi re, tantoque bello maximæ curæ est, ut quæ copiis, & opibus temerè vix possumus, ea mansuetudine, & continentia nostrâ, sociorum fidelitate teneamus. Fam. l. 15. ep. 3.

Equidem etiam mihi illud animadvertisse videor (scis enim quàm attentè te audire soleam) te non tam res gestas, quàm mores, instituta atque vitam Imperatorum spectare solere, in habendis, aut non habendis honoribus. Fam. l. 15. ep. 4.

Quòd si in mea causa considerabis: reperies

ries me exercitu imbecillo, contra metum  
maximi belli firmissimum præsidium habu-  
isse æquitatem, & continentiam. Ibid.

*Belli calamitas.*

Rem vides, quomodo se habeat, orbem  
terrarum, in periculis distributis ardere bello:  
urbem sine legibus, sine judiciis, sine jure,  
sine fide, relictam direptioni, & incendiis.  
Fam. l. 4. ep. 1.

Quia tanta perturbatio & confusio est re-  
rum: ita perculsa & prostrata fœdissimo bel-  
lo jacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse  
sit, miserrimus esse videatur. Famil. lib. 4.  
ep. 4.

*Belli exitus.*

Etsi quem exitum acies habitura sit, divi-  
nare nemo potest: tamen & belli exitum  
video: & si id animus, hoc quidem certè,  
cùm necesse sit alterutrum vincere, qualis  
futura sit hæc vel illa victoria. Famil. lib. 6.  
epist. 3.

*In Bello quid desideretur.*

Si hos moderari possemus, ut pro viribus  
copiarum tuarum, belli quoque existeret  
magnitudo, & quantum gloriæ, triumpho-  
que opus esset assequeremur: periculosum  
que & gravem illam dimicationem evitare-  
mus: nihil tam esset optandum. Famil. lib.  
8. ep. 5.

*In Bello pars honestior sequenda.*

Quin homines in dissensione domestica  
debeant

debeant, quandiu civiliter sine armis certe-  
tur, honestiorem sequi partem : ubi ad bel-  
lum & castra ventum sit, firmiorem : & id  
melius statuere, quod tutius sit. Famil. lib.  
8. ep. 14.

*Bellorum exitus incerti.*

Cumque omnium bellorum exitus incer-  
ti sint. Fam. l. 6. ep. 1.

*Ob Beneficia collata, licet non remunerentur,  
quantum latamur.* 15

Nulla re tam lætari soleo, quàm meorum  
officiorum conscientia, quibus si quando non  
mutuò responderetur, plus apud me officii re-  
sidere patior. Fam. l. 5. ep. 7.

*In Beneficio par pari referri debet.*

Mihi tam multa pro se perpeſſo atque per-  
functo, concederet, ut officium meum,  
memoremque in benemeritos animum, fi-  
demque præstarem. Fam. l. 1. ep. 9.

*Bonus quis non sit.* 16

Quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi  
sua causa? Fam. l. 7. ep. 12.

*Boni ob caput, id est, ob virtutem, non autem  
ob corpus malis inſiſi.*

Ut Apelles Veneris caput & summa pecto-  
ris politissima arte perfecit, reliquam par-  
tem corporis inchoatam reliquit: sic quidam  
homines in capite meo solum elaborarunt,  
reliquum verò corpus imperfectum & rude  
reliquerunt. In quo ego spem fefelli non  
modo



modo invidorum, sed etiam inimicorum meorum. Fam. l. 1. ep. 9.

*Bonis abesse prodest, cum à malis premuntur.*

Qui & summâ voluntate cesserit, & egrègiâ animi alacritate abfuerit, neque sanè recte curârit. Fam. l. 1. ep. 9.

*Bona an muneribus insumenda?*

Iis bonis, quæ tibi naturâ, studio, fortunâ data sunt, facilius omnia consequi possis, quàm muneribus. Fam. l. 1. ep. 3.

C.

*Civis sanctitate, prudentiâ, & dignitate præslet.*

**O**Mneis civeis sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis cæteris, elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Fam. l. 4. ep. 3.

*Cives qui diligendi.*

Remanere in civitate studia propè omnium consensu, erga forteis & industrios viros. Fam. l. 3. ep. 10.

Quòd te ab ipsa Rep. defensum scribis: quidē etiam in summa bonorum & fortium civium copia, tueri taleis viros deberet: nunc verò eò magis, quòd tanta penuria est in omni, vel honoris, vel ætatis gradu, ut tam orba civitas, taleis tutores complecti debeat. Fam. l. 1. ep. 11.

*Civitatum sumptus minuendi.*

Diligentissimè scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus civitatum: quo

quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector. Fam. l. 3. ep. 8.

*Commune cum voluptuosis esse non potest.* 20

Commune nihil potest esse apud eos, qui omnia voluptate metiuntur. Famil. l. 7. epist. 12.

*Conjunctio & affinitas.* 21

In omnibus novis conjunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione, quasi amicitie fores aperiantur. Fa. l. 13 ep. 11.

*Conscientia rectæ voluntatis, maxima consolatio.* 22

Conscientiam rectæ voluntatis, maximam esse consolationem rerum incommodarum. Fam. l. 6. ep. 4.

*Conscientia recta homo mortem non timet.*

Quod mihi ad consolationem commune tecum est, si jam vocer ad exitum vitæ, non ab ea repub. avellar, qua carendum esse doceam, præsertim cum id sine ullo sensu futurum sit. Adjuvat etiam ætas, & acta jam viri: quæ cum cursu suo benè confecto, delectatur, tum vetat in eo vim timere, quod nos jam natura ipsa perduxerit. Famil. lib. 6. ep. 4.

*Consilium non aliunde quarendum, cum consulere nos possumus.* 23

Nemo est qui sapientius tibi suadere possit, nunquam labere, si te audies. Fam. l. 2. epist. 7.

Con-